

Visual Library Portal

Inhouse-Digitalisierung


Caii. Cornelii Taciti De Situ, Moribus Et Populis Germaniae Libellus

Cum Perpetuo Et Pragmatico Commentario, Quo Populorum Germaniae
Nomina, situs, res gestas, conditiones in societates magnas ... Exposuit

Tacitus, Cornelius


Frankofurti ad Viadrum, 1766


urn:nbn:de:s2w-3150




MP
c

D. Guich
H







C. CORNELII
 TACITI
 GERMANIA
 cum
 COMMENTARIO
 IUST. CHRISTOPH.
 DITHMARI

No. 84

CAII CORNELII TACITI
DE
SITV, MORIBVS
ET
POPVLIS GERMANIÆ
LIBELLVS,
CVM PERPETVO ET PRAGMA-
TICO COMMENTARIO,

Q V O

POPVLORVM GERMANIÆ NOMINA,
situm, res gestas, coitiones in societates ma-
gnas, atque ex eorundem moribus variorum in germa-
nia publicorum ac privatorum iurium et consue-
tudinum originem et progressum

EXPOSUIT

Jh. Cuntz.

IVST. CHRISTOPH. DITHMARVS,
HIST. ET POLIT. IN ILL. VIADRINA PROF.
PVBL ORD. SOC. REG. PRVSS. SCIENT. SODAL.

ACCEDVNT

IN ADPENDICE NOTAE

CONRINGII, LACARRII, ET LEIBNITII,
CVM EXCERPTIS EX CLARISS.

IACOBI GRONOVII

ORATIONE DE TEMPORE IMMIGRATIONIS
BATAVORVM IN INSVLAM SVAM.

EDITIO TERTIA PRIORIBVS EMENDATIOR.

FRANCOFVRTI AD VIADRVN,
IMPENSIS ANTONII GODOFREDI BRAUNII,
ACAD. REG. BIBLIOPOL.

M D C C L X V I.

THE HISTORY OF THE

ROYAL SOCIETY OF LONDON

FROM ITS INSTITUTION

TO THE PRESENT

BY JOHN WALLIS

AND JOHN WALLIS

IN TWO VOLUMES

THE SECOND VOLUME

CONTAINING THE

MEMOIRS OF THE

ROYAL SOCIETY

FROM THE DEATH

OF SIR ISAAC NEWTON

TO THE PRESENT

BY JOHN WALLIS

AND JOHN WALLIS

IN TWO VOLUMES

THE SECOND VOLUME

CONTAINING THE

MEMOIRS OF THE

ROYAL SOCIETY

MDCCLXXV



P R A E F A T I O.

Non dubito fore multos, qui hanc operam nostram, quam antiquis Germanorum rebus impendimus, leuem, atque in tanta commentariorum in hunc Taciti libellum copia, nostro penitus nos supersedere potuisse, iudicent; cum quibus, ut de usu antiquae Germanorum historiae eiusque fontibus, hoc Taciti libro, ac commentatoribus in eum paucis ageremus, rationesque instituti nostri communicaremus, necesse duximus. Etsi enim a dimidio, et quod excurrit, saeculo re-

rum Germanicarum historia insigni iuris Germanici, tam publici, quam privati, incremento, fuerit exculta, sufficere tamen, si uel a Conradi I. uel Caroli M. temporibus, uel ad summum a Francorum regni initiis ea repetatur, res uero antiquiores, si non plane inutiles, saltem scitu haud necessarias esse, sunt, qui existimant, aliisque persuadere conantur; quorum uero opinioni, ut adstipulemur, impetrare a nobis non possumus, ac iudicio potius subscribimus illustris CONRINGII, qui de uario historiae Germanicae antiquae usu in doctissima ad eundem Taciti librum praefatione, *habet uero, inquit, & haud exiguum ad res imperii noscendas usum uetustiorum monumentorum adcuratior notitia. Si enim ad reipublicae formam respexerimus, quomodo illa, aut quando coeperit Germanis gentibus allubescere, ex antiquissimis demum licet monumentis addiscere. Ita et multa,*

PRAEFATIO.

ta, quae ad populi libertatem, ad nobilitatem principumque statum, et seruitutem, et alia pertinent, sicut antequam magnum hoc imperii corpus coaluit, coepere, ita et altius ducta origine arcessenda sunt. Taceo nunc Germaniam mediam incolere hodie Sarmaticas gentes, quae unde aduenerint, aut qui sese nostras in terras effuderint, in rem haud parum fuerit, non nescire. Istud silentio nefas fuerit praeterire, non posse rectius nobis ingentem Dei erga nos gratiam ac misericordiam innotescere, quam si antiquam illam Germaniae faciem cum hodierna conferamus. Inde enim discimus omnem culturam nostram, omnem hanc elegantiam, Christianae religionis professioni ferendam acceptam. Cum hac enim exutam feritatem, ablutatas sordes, correctam ruditatem, moderatam licentiam esse: ipsam terram olim informem, siluis horridam, paludibus foedam, caelo asperam, tristem cultu aspectuque, nunc Christianismi interuentu splendore urbium formosissimam, nemoribus amoenam, paludibus mundam,

IVST. CHRISTOPH. DITHMARI

caelo mollem, aspectu longe incundissimam red-
 ditam. Quae profecto uoluerit animo magnum
 pietatis incitamentum sunt: decet autem nos,
 nisi fallor, beneficia haec diuina etiam saepius
 recordari, quod raro exemplo prae aliis ter-
 ris Germania istis affecta sit. Ita uel hac so-
 la de causa pretium operae fuerit, ad antiqua
 ista nonnumquam recurrere, praesertim quum
 seueri edicto Deum Optimum Maximum ab
 Hebraeis suis idem illud certum sit exegisse.
 Ceterum et alia multa sunt, quae id flagitent.
 Videmus enim in Italia, Gallia, Hispania,
 Britannia, Germanique omni, Romanorum
 post tempora, noua quasi gentium iura exorta,
 quae non aliunde, quam ex antiquissimis Ger-
 maniae institutis profluunt. Quemadmodum
 enim Itali olim, uicinaeque gentes Graecorum
 mores legesque, Dionysio Halic. teste, sunt se-
 quutae, unde ius aliquod gentium improprie
 ita dictum exortum est: ita (uerba sunt sum-
 mi uiri Hugonis Grotii de J. B. et P. lib.
 II. cap. 8. §. 1.) „et reuera factum uide-
 „mus, ex quo Germanicae nationes Euro-
 „pam

PRAEFATIO.

„pam fere omnem inuaferunt. Sicut enim
 „olim iura Graeca, ita nunc Germanica in-
 „stituta passim recepta sunt, et nunc etiam
 „uigent. „ *Obseruare autem licet plerumque
 illorum in antiquissimis etiam monumentis no-
 stris haud leuia indicia: quod ad rectam legum
 intelligentiam haud parum facit. Silebo nunc
 regnorum principatuumque in potissima Euro-
 pae parte formas constitutionesque ab antiquis
 Germanorum consuetudinibus deriuari. Solum
 illud unicum addo: Romani imperii extrema
 absque Germanicarum rerum notitia illa non
 percipi, eo quod ab Germanis Romana illa
 uis fracta sit et perdita. Vandali enim, Go-
 thi, Gepidae, Heruli, Rugii, Sueui, Bur-
 gundiones, Alemanni, Longobardi, Franci,
 Saxones, Germanica nomina sunt, atque ex
 Germaniae solo prouenere, uacua trans Albim
 Sarmatis Venedis relicta sede. Sed quid per-
 go fructus huius scientiae commendare? quum
 uel sola iucunditas, uel ea, quam maioribus
 debemus, pietas ac reuerentia uetet res illas
 antiquissimas obliuioni nos uindicare? Certè*

his causis motae praeclarae illae animae, quae magno studio hisce cum primis centum annis in primordia nostra inquirentes, obscuris lucem, obsoletis nitorem, dubiis fidem, et pereunti memoriae quasi animam iterum reddiderunt. Haftenus Conringius. Sane cum iure Imperii R. Germanici publico ita comparatum esse, ut solida eius notitia, nisi progressus eius cum exordiis connectantur, et quo uinculo nouiora quaeque cum mediis, media cum antiquis cohaereant, probe intelligatur, adquiri haud possit, luculenter docuit uir incomparabilis, perillustris a COCC-CEIUS, qui hac ratione usus, nobilissimam illam iurisprudentiae partem suo demum splendori restituit. Multa quoque priuati iuris uestigia in antiquis Germanorum moribus reperiri, exemplis in scriptis suis passim docuerunt clarissimi uiri, CONRINGIUS, HERTIUS, SCILTERUS, BEYERUS, ac praesertim illustr. THOMASIVS, qui in uariis dissertationibus ex antiquis Germanorum institutis multam

mo-

moribus hodiernis lucem attulit, atque de hoc, quem edimus, Taciti libro, *Delineat. hist. civilis iuris* §. 73. hic, inquit, *libellus Taciti studiosis iuris inpris commendandus est, quoniam deprehendent, ex istis antiquis moribus non pauca hodierna capita iuris Germanici, a iure Iustiniano discrepantis, deriuari posse, v. gr. iura hominum priorum, carentiam proportionis inter dotem et donationes propter nuptias* cet. Quae cum ita se habeant, atque nec publici, nec priuati iuris Germanici notitia solida esse queat, nisi e rerum Germanicarum primordiis quandoque arcessatur, maxime dolendum est, ipsos Germanos, rebus tantum fortiter gerendis intentos, animum ad res suas describendas ferius adplicuisse, et, quae de antiquo ipsorum statu cognoscimus, ac exteris Graecorum et Romanorum scriptoribus petenda esse; quo factum, ut plurima cimмериis tenebris immerfa maneant, multa studio, ut Plinii XX. libris *de bellis Romanorum cum Germanis* procul dubio accidit, suppressa

IVST. CHRISTOPH. DITHMARI

fint, tam pauca uero supersint, ut Conringius et Leibnitijs, quae ad Germanos pertinent, ex scriptoribus illis excerpta aliquot foliis complexi fuerint. Quare Taciti hic liber, quo situm, mores, et populos ueteris Germaniae ex professo descripsit, tanto pretiosior est, meritoque Willichio, Althamerro, Rhenano, Glareano, Beuthero, Lipsio, Conringio, Colero, Cluuerio, Salinerio, Lacarrio, Kirchmaiero, Strauchio, Gronouijs, Vettero, aliisque doctis uiris* dignus uisus fuit, in quo illustrando operam suam collocarent: quibus uti merita sua relinquimus, ita quod in commentariis ac animaduersionibus suis in digressiones a scopo auctoris alienas saepius prolapsi fuerint, non sine causa desiderat illustris THOMASIVS, cuius uerba, etsi prolixiora, huc adscribere operae ducimus pretium.

(*) Vide, qui de his commentatoribus in hunc Taciti librum pluribus egerunt, MICH. HERTZIVM Biblioth. Germ. no. 23. et seqq. cl. uirum IO. ALBERT. FABRICIVM Biblioth. Lat. Vol. I. p. 471. et Vol. II. p. 751. Accedit illis IO. THEOD. IABLONSKIVS, qui eundem librum Germanice, summa, cui studet, eius linguae elegantia, reddidit, atque egregijs simul notis nuper illustrauit.

PRAEFATIO.

tium. Ita uero ille l. c. §. 74. et seqq. Quamuis multi in Tacitum commentati sint, quos inter eminent Philippus Cluuerius, nullum tamen deprehendi, qui non in multis aberrauerit a scopo Taciti. Ergo legendus Tacitus absque commentario, obseruatis potissimum duobus monitis. Nam Tacitus ubique prae oculis habuit mores Romanorum, ut uidelicet ostenderet, quomodo Germani a Romanorum moribus differant; illa enim, in quibus conuenerunt, omisit. Ergo fere per totum librum comparatiua locutione utitur ad mores Romanorum, non absoluta. Deinde Tacitus quidem ubique uidetur satis bona fide scripsisse, et multa de moribus Germanorum etiam ipse expertus fuisse; sed tamen cum Romani non intrauerint interiora Germaniae, multa etiam hausit ex relatione, adeoque ea comparando ad mores Romanorum falsa sibi imaginatus est, quippe quae non cohaerent cum moribus aliis, ut quando de otio et bibacitate Germanorum parum uerosimilia protulit, neque cohaerentia cum castitate, uenandi et bellandi cupidine.

Pau-

IVST. CHRISTOPH. DITHMARI

Paucis, Romani illis temporibus erant gens luxuriosa, alieni cupida, imperium orbis terrarum affectans, ceterum ualde morata, commercia cum aliis gentibus exercens, in plures reipublicae status ac officia et munera diuisa, pluribus legibus scriptis gaudens, iudiciis solennibus secundum certas formulas utens &c. Contra Germani erant gens casta ac sobria, paucis contenta, libertatem magis propriam defendere allaborans, quam alienae inhians, nisi quod excursionses subinde et depraedationes populorum, quibus foederibus non erant obstricti, exercerent, ceterum harbara ac simplex, commercia ignorans, agricultura ac pecuaria contenta, aequali libertate gaudens, nisi quod uirtus bellica principes secerneret a plebe, experientia et senium instar iudiciariae potestatis dirimeret controuersias iuniorum; apud quam adeo plus ualere boni mores, quam alibi bonae leges, quaeque in dirimendis controuersis solennitates ignoraret, et simplici aequitate uteretur. Iuxta haec itaque monita, quae, ut in praesentis libelli interpretatione usuque obseruentur, maxime sunt


PRAEFATIO.

sunt necessaria, hunc quoque nostrum commentarium adornauimus, idque primum egimus, ut Germanorum et Romanorum mores pluribus exponeremus ac inter se conferre-
mus; ex priscis dein Germanorum institutis uariarum iurium et consuetudinum in Germania non originem solum arcessimus, sed et progressum simul sequutis temporibus ostendimus; populorum denique non solum genuinum situm, nominumque ipsorum ue-
ram rationem, ac res gestas, sed et qui et quando factum fuerit, ut in Alemannorum, Francorum, Saxonum, aliasque societates magnas coaluerint, simul indicauimus. Ea autem ratione in hoc commentario usi, **PRAGMATICVM** eum appellauimus, quia non tam obseruationibus criticis intenti fuimus, quam ut scopo auctoris et usui in republica Germanica eum accommodare-
mus. Vbi uero circa lectionem inter se diffidebant interpretes, Conringii notas criticas fere sequuti fuimus, quippe quas reliquis praeferimus, atque in adpendice propterea
in-

IVST. CHRIST. DITHM. PRAEFAT.

integras recensuimus. Notas insuper AEGIDII LACARRII e Soc. Iesu Claramonti, ex eius *Historia coloniarum a Gallis in exteras nationes missarum*; atque illustr. uiri, GODOFR. WILH. LEIBNITII ex eius tom. I. *scriptor. rer. Brunswic.* quod isti libri rariores sint; ut et ex cl. uiri, IAC. GRONOVII *Oratione de Batauorum in insulam suam immigratione*, cum integram, ut p. 172. promissimus, haud licuerit referre, excerpta in usum studiosae iuuentutis adiecimus. Tabulam quoque geographicam ueteris et medii aevi, ad quam in commentario nostro quandoque iam prouocauimus, addere constitueramus: quia uero a sculptore propter temporis angustiam ea perfici haud potuit, cum *ANTIQUITATVM GERMANICARVM*, ius praesertim *Germanicum publicum et priuatum illustrantium*, *DESCRPTIONE*, et *C. CORNELII TACITI VITA*, illam tibi B. L. exhibebimus. Vale atque conatibus nostris faue. Dab. *Frankofurti propter Viadrum, Calendis Martii M DCC XXV.*

C. COR-



C. CORNELII TACITI
 DE
 SITV, MORIBVS ET POPVLIS
 GERMANIAE
 L I B E L L V S.

C A P V T. I.

de

Finibus Germaniae.

GERMANIA¹ omnis a² Gallis³ Rhætiisque
 &

1. *Germania omnis.*) Magna videlicet, sive Trans-Rhenana, ad cuius varias, in quas diuisa fuit, Civitates voce *omnis* potius respexit Auctor, quam, ut COLERVS h. l. censet, ad divisionem Germaniæ in *superiorem & inferiorem*, sive *primam & secundam*, quippe cum hæc divisio Taciti tempore ad solam Germaniam Cis-Rhenanam adhuc pertinuerit. Pari vero ratione CAESAR, B. G. lib. I. i. *Galliam OMNEM in tres partes divisam* scribit.

2. *Gallis.*) De Gallia Julii Cæsaris ætate in tres, atque sub Augusto in quatuor

partes, Aquitaniam, Narbonensem, Lugdunensem & Belgicam diuisa, CELLARIVS agit *Notit. Geogr. Antiq.* T. I. lib. II. c. 2. 3.

3. *Rhætiisque.*) CELLARIVS *lib. cit. cap. VIII. p. 547. & 548. Rhætisque* legendum, atque *Rhætos* populum potius significari censet, quam *Rhætias* regionem, quippe cum Rhætiæ divisio in *primam & secundam*, ortumque inde *Rhætiarum* nomen serius cæperint. Quia vero Codices omnes *Rhætiis* habent, ad Provinciam Rhætiam Auctorem potius respexisse, atque intuitu duarum partium, in quas di-

A

visa

& ⁴ Pannoniis, ⁵ Rheno & Danubio fluminibus;

vifa erat, Rhætiae nempe *proprie & Vindeliciae*, pluralitativo *Rhætiarum* numero eam appellasse cenfeo, Rhætiae autem in *primam & secundam* divisio, frequentius occurrit apud Capitolinum, Vopiscum & Ammianum Marcellinum. Ceterum quia Provincia Rhætiae ad Danubium usque, Vindelicia comprehensa, fuit extensa, Augusta Vindelicorum, *splendidissima RHAETIAE PROVINCIAE colonia* ab Auctore nostro infra cap. XLI. appellatur, atque Laeus Brigantinus, apud Vindelicos a PLINIO lib. IX. 17. RHAETIAE adscribitur.

4. Pannoniis.) Ad populum iterum potius, quam Pannoniae divisionem in *superiorem & inferiorem* respici censet CELLARIUS, l. c. quod Pannoniarum *superioris & inferioris* ante Tacitum nemo, post ipsum vero PTOLEMAEVS primum meminerit. Quo vero minus hanc divisionem Taciti tempore jam coepisse, atque hoc loco ad illam

ab ipso respici, haud dici possit, nihil impedit.

5. Rheno & Danubio.) Ultra quos limites Romani imperium suum extendere nunquam potuerunt. Apud CAESAREM de B. G. lib. IV. 16. Sigambri respondent, *populi Romani imperium Rhenum finire.* FLORVS lib. IV. 12. *Germaniam quoque, ait, utinam vincere tanti non putasset, magis turpiter amissa est, quam gloriose acquisita; & post acceptam cladem varianam hac, pergit, clade factum, ut imperium, quod in littore Oceani non steterat, in ripa Rheni fluminis staret.* Infra quoque cap. XXXVII. Germanos *triumphatos magis, quam victos* fuisse, ingenue fatetur Auctor. Quod vero is cap. XXIX. *Populum Romanum ultra Rhenum, utraque veteres terminos imperii Reverentiam protulisse* scribit, non de dominatione in Mattiacos, sed foedere cum illis inaequali, ceterum, ut Batavi, libero populo, intelligendum est. Quae vero VELLEIVS libr. II. cap. 106. &

nibus: a Sarmatis, Dacisque, ⁶ mutuo metu aut ⁷ montibus separatur.

Cete-

108. de *Germania a Tiberio perdomita, & pene in formam stipendiariæ Provinciæ redactæ*, memorat, adulteria sunt. Econtrario autem Germani ultra illos limites, Romanis fatales, olim non solum Colonias miserunt, ut infra cap. 28. & 42. sed & imperium suum, ejectis Romanis, successu temporis longe extenderunt, ut pluribus exsequitur CONRINGIVS egregio suo libro de *Finibus Imperii*, cujus libri nova editio cum illustrationibus, quibus indiget, optanda est.

6. *Mutuo metu.*) Vbi nempe montibus bellicosi hi populi non arcebantur, mutuus metus pro termino & repagulo erat, & quod dici solet, ein Schwerdt hielt das andere in der Scheide, ut verba intelligenda esse, innuunt CLUV. lib. III. pag. 178. WERLHOFF. *Not. Imp. Enucl. Spec. Sec.* p. 37. §. 26. d' ABLANCOURT ad *Tacit.* h. l.

7. *Aut montibus.*) Accu-

nix versus Orientem PTOLEMAEVS, lib. II. II. & lib. III, 5. montes Sarmaticos, hodie, das Ungarische Gebirge, atque linea ab illorum extremitate ad fontem Vistulæ ducta, ipsum deinceps hunc fluvium fuisse scribit, quod MARC. HERACLEOTA & AGATHEMERES a JO. HUDSONIO inter veteres Geographos T. I. & II. editi confirmant. Ultra vero illos limites Aestii, Peucini, sive Bastarnæ populi originis Germanicæ, ut auctor cap. XLV. & XLVI. testatur, habitant, atque LEIBNITIO in *Notis* ibidem censente, ad pontum usque Euxinum se extenderunt, quod nonnullis occasionem dedit, ut fines Germaniæ versus orientem latius, atque cum fictitio Berofo ad Tanaim usque prorogaverint, fines confundentes Regionis & Nationis, quos a se invicem discernendos esse, *Illustr.* a COCCEIVS *Jurispublic. prud.* Cap. II. 6. jam monuit. Ex priscis vero illis Ger-

Cetera ⁸ Oceanus ambit, latos sinus & ⁹ In-
fula-

manix finibus versus ori-
entem ad Vistulam usque
extensis patet, errare tum
MATH. PRAETOR.
qui in *Orbe Gothico* lib. I. 3.
II. 3. Germaniam arctioribus
limitibus includit, magnam-
que ejus partem Sarmatix
adscribit; tum M. PAUL.
STRANSKY, qui de *Re-
publ. Bojema* Cap. 3. Bohe-
miam Germanix finibus exi-
mit, atque Sarmatix vindic-
care studet; ast contra Vete-
rum scriptorum, qui Ger-
maniam ad Vistulam usque
prorogant, unanimem con-
sensum, ut GOLDASTVS
de *Regno Bohem.* Cap. I. §.
1. & 2. pluribus docet. Al-
ia quaestio est, an Bohe-
mia, ex quo Slavi eam oc-
cuparunt, Regni Nationis
Teutonicæ pars fuerit? quod
Illustr. a COCCIVS J. P.
Cap. I. VII. & XII. negat,
econtrario autem *Illustr.* a
LVDWIG Dissert. de *Jure
suffragii Regis Bohem. in
Comitiis S. R. I.* & HERTIVS
dissertat. de *Renovato Ro-
mano-Germanici Imperii &
Regni Bohemice nexu* af-
firmant, quam controverfi-

am nostram non facimus,
atque inutilem censemus,
ex quo Bohemia Anno
MDCCVIII. in Compagem
Imperii R. Germanici pe-
nitus fuit recepta, cujus rei
acta vide simul in lauda-
tis Dissertationibus, Golda-
sto T. II. a Cl. Schminckio
infertis.

8. *Oceanus ambit.*) *Se-
ptentrionalis* dictus & *Ger-
manicæ sinus* cap. XXXVII.
Suevicum Mare c. XLV. *Ger-
manicum Mare & Codanus
sinus*, Plinio lib. IV. 13. &
16. *Germanicus Oceanus*,
Ptolem. lib. II. 11. *Venedi-
cus sinus* eidem lib. VIII.

9. *Insularum immensa
spatia.*) Scandinavium, ce-
terasque ditiones septentrio-
nales insulas esse, PLINIVS
quoque lib. II. 108. IV. 12.
13. & 16. POMP. MELA,
lib. III. 3. & PTOLEMAE-
VS lib. II. 11. crediderunt,
certo indicio Germaniam se-
ptentrionalem Romanis haud
fatis fuisse cognitam, quippe
cum bellis suis in Germania
gestis ultra Albim nun-
quam penetrarint, si *L. Do-
mitium* excipias, quem *ex-
erci-*

fularum immensa spatia complectens, nuper cognitis quibusdam gentibus, ac regibus, quos bellum aperuit. Rhenus Ræticarum Alpium inaccesso ac ¹⁰ præcipiti vertice ortus, modico flexu in Occidentem versus, ¹¹ septentrionali oceano miscetur. Danubius

ercitu flumen Albim trajecisse, longius penetrata Germania, quam quisquam priorum, atque ob res insignia triumphii adeptum fuisse, AUCTOR refert Annal. IV. 44.

10. *Præcipiti vertice oritur.*) CAESAR, lib. IV. 10. de B. G. Rhenus, ait, oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt, POMPONIUS MELA lib. II. 2. Rhenus ab Alpibus decidens, prope a capite duos lacus efficit. PTOLEM. lib. II. 9. fontes Rheni in ADVLA monte, quem ad Alpinos montes constituit, STRABO vero lib. VII. partem facit Alpium, & TAXGAETIVM ad caput Rheni fluminis ponit, nunc vicum Tavetsch, juxta quem Rhenus citerior der Bodderrhein, haud vero inde procul Rhenus ulterior, der Hinterrhein, oritur. Hi duo amnes aliis rivulis receptis, supra Curiam Metropolitim Rhætix se jun-

gunt, atque Rheni Alveum efficiunt, de cujus decursu AUCTOR Annal. lib. II. 6. Rhenus, ait, uno alveo continuus, aut modicas insulas circumveniens, apud principium agri Batavi, velut in duos amnes dividitur, servatque nomen & violentiam cursus, qua Germaniam prævehitur, donec oceano miscetur; ad Gallicam ripam latior & placidior adfluens, verso cognomento Vahalem accolæ dicunt, mox id quoque vocabulum mutat Moja, flumine ejusque immenso ore eundem in Oceanum effunditur.

11. *Septentrionali Oceano miscetur.*) Juxta CAESAREM l. c. multis capitibus; PLINIUM l. IV. 15. tribus offiis, Helio, Rheni, & Flevo, quorum primum PTOLEMAEO Occidentale, secundum Medium, tertium Orientale vocatur. Juxta VIRGILIUM, vero, qui l. VIII. *Ae-*

nubius molli & clementer edito montis ¹²
 Abnobæ jugo effusus, plures populos adit,
 donec

neid. v. 727. Rhenum *bicornem* vocat, ut & TACITVM l. c. & POMP. MELAM, duobus tantum alveis & ostiis, qui Veterum Scriptorum dissensus acri de alveis & ostiis Rheni, disputationi inter ADR. JUNIVM in *Batavia*, JS. PONTANVM de *divortis Rheni*, & CLVERIVM de *tribus Rheni alveis*. Et ostiis occasionem dedit. Facile autem poterit componi. Duo videlicet Rhenus initio habuit ostia, Rheni & Vahalii, de quibus VIRGILIVS intelligendus est. Novo autem alveo per Isalam, cum Rheno a Druso conjunctam, accedente tria accepit, de quibus PLINIVS & PTOLEMAEVUS loquuntur. Quia vero per fossam illam Drusianam medius Rheni alveus modicus factus fuit, cursumque suum ferre perdiderat, illo omissio TACITVS & POMPON. MELA duorum ostiorum, occidentalis s. Helii & Orientalis s. Flevi tantum meminerunt. CAESARIS vero multa capita & partes, quibus Rhenus

diffuat, de rivis & elicibus e Rheno educitis intelligi debent. ALTING. in *Not. Germ. Inf.* p. 104. 113. CELLAR. *Geogr. Antiq.* T. I. lib. II. 3. *Illustr.* a COCCIVS *Jurispubl. prud.* cap. II. §. 17. seqq.

12. *Montis Abnobæ jugo effusus.*) PLINIVS lib. IV. 12. de Danubio, ortus hic, scribit, in *Germaniæ jugis montis Abnobæ, ex adverso Raurici Galliæ oppidi, multis ultra Alpes millibus*; oppido nempe comitatus Furstenbergici *Don-Eschingen*, qua de re ALTHAMMERVS h. l. fide *Matth. Nesenii*, J. V. D. ad fontes Danubii nati, *fons ejus, refert, modicus est in vicco Eschingen, ita vicinus Ripæ Rheni, ut vix duorum miliarium latitudo intersit. Terra ipsa, unde manat, plana est, non montosa, velut multi ejus oræ ignari prodiderunt; nisi quod ipsum cœmeterium, sub quo est scaturigo, paulo est elevatius. Egressus vicum patrium mox rivum se majorem, Brygen Alemannis dictum, excipit; deinde alterum ejus-*

donec in Ponticum mare ¹³ sex meatibus erumpit. Septimum os paludibus hauritur.

CAP.

eiusdem cum priori magnitudinis die Pregel utrosque e Martiana sylva labentes. Allabentibus subinde rivis injuste magnitudinis amnem excrescit. Vid. quoque JOACH. VADIAN. lib. II. cap. I. Ceterum fluvium hunc per immania magnarum gentium diu DANUBIVM esse, deinde aliter appellentibus accolis ISTRVM fieri POMP. MELA ait lib. III. I. Vbi vero sic appellari incipiat, non conveniunt Scriptores. PLINIVS l. c. ex quo primum Illyricum adluit: PTOLEMAEVS inde ab Axiopoli in Mœsia inferiori; AGATHEMERES apud JO. HUDSONIVM lib. II. cap. 4. inde a Vindobona Danubium Istri nomine vocari scribunt. CELLARIVS T. I. p. 458. in Germania Danubium, extra illam Istrum dici censet; & CHRIST. JUNCKERVS, Anleitung zur Geographie der mittlern Zeiten, pag. 130. in

confluentibus Savi & Danubii mutationem nominis ponit, atque vocem Denow s. Donau a vocabulo Danubii derivat. Est autem verosimilius vocabulum Danubii esse corruptum ex voce Donau, qua an a strepitante undarum sono Dohn, an ab albicante & argillofa aqua (thonicht Wasser) fluvius ille dictus sit, vid. KIRCHMAI. h. I.

^{13. Sex meatibus.}) Herodotus lib. IV. Ἰσθμὸν ἀπὸ πέντε ὀσθίων ἐκφυέουσαν; DIONYS. ALEXANDRINVS totidem ostia ipsi tribuit *Periegesi* vers. 298. ubi vide *Eustach.* PLIN. lib. IV. 12. in Pontum, ait, sex fluminibus evolvitur. STRABO autem lib. VII. de Danubio, cum septena distinguatur in ostia maximum est, quod ostium SACRVM vocatur. Septem ostia ipsi quoque adscribunt P. MELA lib. II. I. AMM. MARCELL. XXII. 8. SOLINVS c. 19.

CAP. II.

de

*Germanorum Origine, Conditoribus eorumque
nominibus antiquis & recenti
GERMANIAE vocabulo.*

Ipsos Germanos ⁱ indigenas crediderim,
mini-

i. Indigenas crediderim.) ex consuetudine humana, qui
Ea, juxta Cluverium, Her- ignoti vel ex inopinato appa-
tium aliosque ratione, qua rentes de caelo supervenisse di-
populos, quorum propter an- cuntur. Proinde Saturno re-
tiquitatem ignorabatur origo, pentino ubique coelitum con-
Græci αὐτόχθονας, a se ipsis tingit dici. Nam & terræ
natos vel γνηεὲς terra edi- filios vulgus vocat, quorum
tos, vocare consueverunt, ut genus incertum est. Ma-
TERTULLIANVS quo- gis tamen placet sententia
que testatur, qui in *Apolog.* STRAVCHII, qui Exerc.
cap. X. *Tota denique Italia,* I. ad Taciti Germaniam IN-
ait, post Oenotriam Saturnia DIGENAS Germanos dici
cognominabatur. Ab ipso putat, non quod ex solo sed
primum tabula & imagine in solo orti, nullisque aliis
signatus nummus & inde ce- populis admixti fuerint.
rario præfidet. Tamen si ho- Cluverii, Bodini, Shering-
mo Saturnus, utique ex homi- hamii aliorumque de ori-
ne, non utique de caelo & ter- gine Germanorum senten-
ra. Sed cujus parentes ignoti tias, ineptas plerumque &
erant, facile fuit eorum filium satis jam explosas referre
dici, quorum & omnes possu- superfedemus. Id certum
mus videri. Quis enim non est, populos Europæos a
coelum & terram matrem Japheto, Noachi filio, ortos
& patrem venerationis & esse, ejusque posteros non
honoris gratia appellet, vel mari propter ignorantiam
artis

minimeque ² aliarum gentium adventibus & hospi-

artis nauticæ, sed terra in Scythiæ regiones primum venisse, inde vero in Germaniam, Galliam, Hispaniam, Britanniam, Sueciamque se extendisse, ut illustris LEIBNITIVS docet in *Brevi designatione Meditationum de originibus Gentium*. T. I. *Miscell. Berolinens.* inserta. Sua hic sponte fluit, Germanos proxime a Scythis fuisse ortos, quod insuper ex convenientia linguæ ac morum pluribus adseruimus Exercitatione peculiari de *Germanorum origine Scythica* EXERCITAT. FRANCOFVRT. T. II. OLAVS RVDBECKIVS in *ATLANT.* sua Japhetitas per Sarmatiam & Scythiam in Scandinaviam primum venisse, inde vero in omnes Europæ partes se diffudisse contendit, & propterea, quicquid est antiquitatis, Scandinaviæ suæ tribuit. Sed vide quæ contra GROTIUM in *Præf. ad Hist. Gothor.* & SCHEFFERVUM in *Vpsal. antiq.* idem fere asserentes, CONRINGIVS de *antiq. statu Helmstad.* &

HARTKNOCH. differtat. de *Orig. Pomp.* jam dixerunt. Vere de OLAVO RVDBECKIO Vir Cl. JO. GEORG. KEYSLER *Antiq. select. Sept. & Celtic.* p. 184. *Vir,* ait, *quondam egregiæ diligentia ac fecundissimi ingenii, sed cæco patriæ amore eo usque abripitur, ut iudicium in pluribus, in potissimis fidem etiam desideres.* Vid. quoque eundem p. 197.

2. *Minimeque aliarum gentium adventibus & hospitibus mixtos.*) Etsi vero solidis rationibus id non probet auctor, atque ipse infra *cap. XXVIII. Gallos* in Germaniam transgressos, & *cap. XLIII. Gothinos & Oros* Germanos haud fuisse memoret, quod pluribus contendit AEGYDIVS LACARRY in *Hist. Coloniarum a Gallis in Exteras Notiones missarum,* sibi tamen nihilominus Germani semper extiterunt similes, quippe cum peregrinæ colonæ vel ejectæ iteram, vel lingua & tributis, quæ ipsis, ut peregrinis populis, imposita fuerunt, a Germanis discreti manserint,

hospitiis mixtos: quia nec³ terra olim, sed classibus advehebantur, qui mutare fedes quærebant: & immensus ultra, utque sic dixerim, ⁴ adversus oceanus raris ab orbe

ferint, ut quoque factum, ex quo postea Venedi sive Slavi, populus Sarmaticus magnam Germaniæ partem occuparunt. Tantum enim discrimen inter Germanos & Slavos fuit, ut illi soli Regnum *nationis Germanicæ* constituerint, hi vero *Juri Albinagii* manserint obnoxii, donec in jus civitatis Germanicæ successu temporis fuerint recepti. Vide HERTIVS in *Notitia vet. Germanicæ* cap. I. pag. 2. & *Illustr. a COCCEIVS Jurispubl.* Prud. cap. I. 1. 12. cap. III. Sect. IV. & cap. VII. §. 5. seqq.

3. *Nec terra olim sed classibus.*) Ad Phœnices procul dubio respicit Auctor, qui Classibus per Mare Mediterraneum commercia jam olim exercuerunt, atque in Africam aliaque huic mari vicina loca colonias miserunt, quas BOCHARTVS *Geograph. Parte II.* enumerat. At vero

cum jam ante, quam Phœnices re nautica invaluerunt, homines multum jam fuerint aucti, atque necessitate exigente secedere ab invicem debuerint, terra id factum fuisse oportet. Neque necesse est ut Coloniae ex Oriente per inculta adhuc Sarmatiæ & Scythiæ loca in Germaniam simul & semel commigrasse credantur, quamvis Gallorum pariter ac Cimbrorum & Teutonum expeditiones per horridam Germaniam id haud penitus impossibile fuisse testentur.

4. *Adversus Oceanus raris ab orbe nostro navibus aditur.*) Oceanum intelligit septentrionalem, quem *adversum* vocat Autor opposite ad *secundum*. Ita enim de Mari Mediterraneo Hist. lib. II. 98. *Mare, inquit, Etesiarum flatu in Orientem navigantibus SECVNDVM, inde ADVERSVM erat.*

orbe nostro navibus aditur. ⁵ Quis porro præter periculum horridi & ignoti maris, Asia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam peteret? informem terris, asperam coelo, tristem cultu aspectuque, nisi si patria sit. Celebrant carminibus antiquis (quod ⁶ unum apud illos memoriæ & Annalium

erat. Eodem sensu VIRGILIUS *Georg.* lib. I. v. 202. qui, ait,

ADVERSO vix flumine lembum

Remigiis subigit.

Et Q. CURTIUS lib. IX. 9. n. 9. de Oceano *Majore*, dicit, impetu ADVERSUM agebatur, quam torrentia præcipiti alveo incurrunt. Alii, inter quos tamen Conringius *Pichenam* perperam refert, cum Lipsio *aversum* legendum esse censent. Quocunque autem modo legas, perinde erit. Oceanus enim Septentrionalis propter *Etesias*, de quibus v. pluribus VARENIUM in *Geogr. Gener.* cap. 21. ex oriente in occidentem & versus *Boream* navigantibus contrarius non solum & adversus, sed & *aversus* & *remotus* est. Unde Romani

illum oceanum sero, atque auspiciis Augusti Imperatoris *Drusum primum Romanorum Ducem navigasse* SVET. refert in *Claudio* cap. I. vide quoque infra cap. XXXIV. ubi illum *Oceanum* (a *Druso*) tentatum fuisse scribit. Phœnices tamen & Carthaginenses Oceanum illum jam navigasse, & in Americam usque commercia exercuisse, admodum probabile est, ut alibi dicitur. Si quoque illi populi commercia jam in Britanniam extendissent, ut vult SHERINGHAM, de *Angl. Gent. orig.* facilis quoque inde transitus fuisset in Germaniam.

5. Quis porro) At vero necesse est, ut auctis hominibus, quamvis non simul & semel, id factum fuerit.

6. Quod unum apud illos memoriæ & annalium genus est.)

nalium genus est) ⁷ Tuistonem Deum terra
ra

est.) Propter litterarum apud
vetustissimos populos rarita-
tem non Germanis solum,
sed & Hebræis, Græcis, Gal-
lis ac Romanis in usu fuisse,
res a se vel majoribus gestas
carminibus mandare, atque
ita eas quacunque occasio-
ne diebus festis vel etiam
in conviviis cantando ce-
lebrare, ut ne brevi tem-
pore memoria illarum ob-
literaretur, multis probat
Cl. PERIZONIUS in
Animadv. Histor. Cap. VI.
OLAVS RVDBECKIUS
Atlanticæ c. 24. §. 3. n. 1.
& seqq. Hæc carmina cum
Bardis cantoribus, quos a
Suecica voce BARDA, vul-
nerare, dictos vult, solis
Sueonibus suis vindicat, sed
a DAN. GEORG. MOR-
HOFIO in *Unterricht von*
der teutschen Sprache und
Poesie cap. VI. propterea
merito notatur. Eiusmodi
autem carmina fuisse *Bar-*
bara & antiquissima car-
mina, quæ Carolum M.
scripsisse memoriæque man-
dasse, EGINHARTVS in
ejus vita cap. 29. refert, *Bes-*
selius & *Goldastus* in No-
tis suis ad illum locum cen-
sent, merito vero in dubium
vocat Cl. GVNDIINGIVS
in *Hist. Philosoph. Moralis*
cap. VI. §. 1. lit. Z. Cantio-
nes quidem ut vocant Ma-
gisteriales, vulgo, die *Meis-*
stergesänge, quibus ante quin-
gentos annos heroica facta
celebrari cœperunt, BER-
NEGGERVS quæst. VI. in
Taciti Germaniam, ad ex-
emplum antiquorum car-
minum factas esse censet,
sed MORHOFIVS loc. cit.
rectius negat, præter quem
de illis cantionibus quoque
videantur WAGENSEIL
peculiari dissertatione, &
KIRCHMAIERVS ad
Tacitum h. l. Carmina vero
ad quæ AVENTINVS præ-
cipue in *Annal.* suorum ver-
sione Germanica, & CRAN-
ZIVS provocant, ne pro an-
tiquis, quorum Tacitus me-
minit, accipiantur, caven-
dum est.

7. *Tuistonem Deum terra*
editum.) CLVVERIVS, G.
A. lib. I. 9. & HERTIVS
l. c. p. 9. Memoriam crea-
ti a Deo hominis cum gen-
tibus ex Oriente profectis,
ad

ra editum, & filium Mannum, Originem gentis, conditoresque. Manno tres filios adsignant, e^s quorum nominibus proximi ocea-

ad Germanos quoque propagatum fuisse, atque per *Tuistonem* Creatorem omnium rerum, per Mannum vero ejusque tres filios, vel Adamum hujusque filios Cainum, Abelem & Sethum, vel Noachum & ejus tres filios, Japhetum, Chamum & Semum, a quibus totum genus humanum originem traxit, intelligi censent. III. LEIBNITIVS l. c. *Tuistonem* vel *Tuisconem* non alium esse putat, quam *Teut* vel *Teutatem* a Gallis & Hispanis quoque cultum, hunc vero magnum Regem vel Heroem Celto - Scytharum, qui rudes populos ad meliorem frugem vocaverit, & pleraque Europæ fortasse & magnam Asiæ partem armis tenuerit, & ad Aegyptum usque pervenerit, fuisse censet, atque vel *Teutones* a Ductore, vel hunc a *Thiidde*, i. e. plebe, quæ vox apud Brunsvicensis adhuc supersit, appellatos fuisse conjicit. Mannum vero caput al-

terius gentis facit, cui Mann quemvis hominem designaverit. Clarissimus vero GVNDLINGIVS P. VII. *Gundlingianorum* N. I. *Tuistonem* illum sive *Tuitonem*, *Teutonem*, *Teutatem*, *Titanem*, GIGANTEM, cujusmodi homines a Græcis *terræ filii* vocari soleant, atque, cum ipsa *terra* DEAFUERIT habita, pro Rege & Deo cultum, Gallos vero & Germanos præcipue ab hoc suo conditore *Titanes* sive *Teutones*, *Teutschen*, propter ingentem & giganteam ipsorum staturam appellatos fuisse existimat, conjectura admodum probabili. De immani enim hominum septentrionalium atque Germanorum præ cæteris statura vide *infr.* c. IV.

8. *E* quorum nominibus proximi Oceano *Istævones*. *Ëc.*) CONRINGIVS h. l. primum *Ingäff*, Secundum *Istäff*, s. *Instäff*, tertium *Hermin* appellatum, atque postremum HERTIVS, pag. 10. post-

oceanò Ingævones, mediì Herminones, ceteri Istævones vocentur. Quidam autem licentia Vetustatis⁹ plureis Deo ortos plures-

ea pro Deo forte in notissimo IRMENSVLAE idolo cultum fuisse censent; Cluverius vero l. c. tres Noachi filios huic famæ ansam dedisse putat. Vero est similis fabulam istam ortam fuisse a divisione Germanorum in quinque populorum partes & genera, a situ illorum vel indole sic appellata, de quibus PLINIVS lib. IV. c. 4. *Germanorum genera quinque: VINDELI, quorum pars Burgundiones, Varini, Carini, Guttones. Alterum genus INGAEVONES, quorum pars Cimbri Teutones ac Cauchorum gentes. Proximi autem Rheno ISTAEVONES, quorum pars Cimbri, mediterranei. HERMIONES, quorum Suevi, Hermunduri, Catti, Charusci. Quinta pars PEVCINI, Bastarne supra dicti. contermini Dacis. Vindeli autem Tacito & aliis Vandali, a studio scilicet mutandi sedes, die Wandeler; Ingævones, PTOLEMAEO corrupte Ingri- ones, AETHICO Ingeonici, die*

Sinnwohner, i. e. interius versus mare habitantes. Istævones s. Vistævones, die Westwohner, i. e. versus Occidentem habitantes. Hermiones, die Herumwohner, aliis Hertwohner vel Hertmitwohner, in medio habitantes. Peucini a Peuce monte, juxta quem habitant, procul dubio appellati fuerunt. Quinque vero his magnis populis Illustr. a COCCIVS lib. cit. cap. 2. §. 23. Sextum genus MARCOMANNORVM ex TACITO, VELLEI. PATERC. addit, atque ita Germaniam ab omni memoria in VII. Populos magnos, totidemque Provincias, unde multa ac præcipua Jurispublici Germanici capita derivat, divisam fuisse docet.

9. *Plures Deo ortos.)* Quos ANNIUS VITERBIENSIS in conspecto suo Berofo Reges Germanorum fuisse aliis persuadere voluit, cujus fabulis missis, nomina populorum Germaniæ antiqua, vel ab ipsorum studio, vel

resque gentis appellationes Marfos, Gambrivios, Suevos, Vandaliōs adfirmant: eaque vera & antiqua nomina. Ceterum¹⁰ Germaniæ vocabulum recens & nuper addi-

vel terræ, quam incoluerunt, ratione, vel fluviis, illustriss. Episcopus in *Monum. Paderborn.* Cluverius in G. A. MENSØ ALTINGIUS, in *Not. Germ. inf.* KIRCHMAIERVS in Notis ad Tacitum. CHRIST. JVNCKERVS *lib. cit.* P. II. cap. I. alique rectius accessunt.

10. *Ceterum Germanicæ vocabulum recens.*) Variis hic locus interpretationibus est obnoxius, quas PHIL. a WALDENFELS in *Sel. Antiq.* lib. VII. 14. Clarissimi GRONOVII, Avus & Nepos, ad istum locum recensent. HERTIVS in *Not. Vet. Germ.* c. I. §. 4. *Romanos, gentium victores, primum Teutonibus Rhenum transgressis ob virtutem militarem, quam in iis metuebant, imposuisse nomen Guerre Manner, & hos glorioso illo a Romanis ipsis usurpato nomine semet insignivisse, existimat.* Tantam vero Romanos

Germanicæ notitiam habuisse, ut ejus vocabulo Germanos insigniverint, quis crederet? Majori veri specie COLERVS KIRCHMAIERVS, CONRINGIVS in *Not.* ad h. l. & diligentissimus Patriarum Antiquitatum scrutator JOH. HENR. EG-
GELINGIVS Reipubl. Brem. olim a secretis, *Miscell. Antiq. Germ.* Dissert. I. de *vocabulo Germanicæ*, alique plures, Teutones a Romanis primum *Germanos*, id est fratres, STRABONIS lib. VII. & PLEVTARCH. in *Vita Marii* testimoniis inducti, appellatos esse contendunt, diversa tamen ratione; alii nempe Strabonem secuti, Germanis hoc nomen a Romanis inditum censent, quod *forma, moribus & vitu Gallis similes fuerint*; alii a fraternitate, quam Germani hodieque facile inter se constituere, & religiose colere soleant. Laudatus EG-
GELINGIVS l. c. Cimbro primū, cum a Mario
casi,

additum : quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, ac nunc Tungri,

caſi, PLVTARCHO teſte, *per legatos SIBI FRATRIBVSQVE agrum & oppida poſcerent; quæ ad ſedes ſuas ponendas eſſent ſatis*, GERMANOS vocatos fuiſſe cenſet, atque hoc modo locum illum Taciti interpretatur: CETERVM GERMANIAE VOCABVLVM (reſpectu antiquorum Marſorum, Gambriviorum, Suevorum, Vandalorum &c. nominum.) RECENS ET NVPER (deſagrante Cimbrico bello) ADDITVM; QVONIAM QVI (ex Chersoneso illa Celtica, quæ nunc Cimbrica dicitur, prorumpentes) RHENVMQVE TRANSGRESSI PRIMI GALLOS (id nominis a tempore Brennonis Ducis jam ubique adeptos.) EXPVLERINT, (tunc Cimbrici) NUNC TVNGRI, GERMANI VOCATI SVNT. ITA (vero) NATIONIS (Germanor.) NOMEN, NON GENTIS (Cimbrorum) EVALVISSSE PAVLATIM, VT OMNES (Rhenum aliquoties transgreſſi, Celta-
 rum Cis-Rhenanorum & Gal-
 lorum, diverſa hæcenus ſingulatim habentium nomina expulſores) PRIMVM A VICTORE (populo animo ferocia & ſtrenuitate in præliis invicto a Gallis conterraneis ſuis) OB METVM (Celtico vocabulo Cimbrici) MOX (cum a Mario SIBI FRATRIBVSQVE ſuis Teutonibus, Ambronibus, Tigurinis & Tugenis agrum & oppida poſcerent, quæ ad ſedes ſuas ponendas eſſent ſatis; ab hoc fratris nomine utendo ratione) A SE IPSIS INVENTA (Marianis militibus aliisque deinceps populis:) GERMANI VOCARENTVR. Ut vero huic ſententiæ adſtipulemur, impetrare a nobis non poſſumus, quia *Germanorum* nomen Cimbrico bello multo eſt antiquius, atque ducentis & quinquaginta annis ante M. Claud. Marcellus de GALLEIS INSVBRIBVS & GERMANEIS triumphaffe, in *Faſtis Capitolinis* apud STEPH. VINAND. PIGHIVM *Annal. Rom. Tom. II. pag. XXVI.*

gri, tunc Germani vocati sint. Ita nationis nomen, non gentis evaluisse paulatim, ut omnes primum a victore ob metum, mox a se ipsis, invento nomine, Germani vocarentur.

CAP. III.

XXVI. refertur. JOH. WILHELM. BRÜCKNERVS, Jctus Jenensis, in Programme anno 1709. edito, atque CHRISTIANVS JUNCKERVS in Anleitung zu der Geographie mittler Zeiten, pag. 95. Thuringos primum Germanos a Gera, fluvio Thuringiæ, dictos fuisse censent, perperam supponentes, Tungros, quorum Tacitus l. c. supra meminit, eosdem esse cum Thuringis. Tungrorum enim nomina CAESARI de B. G. lib. VI. 31. veniunt *Condrusi, Segni, Cæresii, Pœmani*, quos ex Thuringia venisse, haud credibile est. Neque Thuringi innotuerunt, nisi Seculo IV. quo VEGETIVS demum in *Mulomedicina* eorum mentionem fecit. vid. SAGITTARIVS Lib. I. *Antiq. Reg. Thuring.* LEIBNIT. vero h. l. *Hermionum* sive *Hermundurorum*, ut Tacito vocantur, & Germanorum no-

mina, mutatione H. in G. facili & solita, prorsus eadem esse atque omnes Theotiscos, ex quo isti Heermunder s. Germanner res contra Gallos feliciter gesserant, illud nomen assumpsisse censet, nisi locus, quod addit, corruptus sit, atque a *victo ob metum* legi debeat; quo casu sensum fore: *primos Rhenum transgressos a Gallis victis, & timore percussis, fuisse appellatos, GERMANOS viros militares, & fortes, mox ceteros quoque id nomen sibi sponte sumpsisse.* Hunc posteriorem sensum, quem illustris Vir quoque priore paulo planiorem esse censet, alteri interpretationi multo præferendum, atque locum Taciti proculdubio corruptum ita legendum ducimus: *Germaniæ vocabulum recens & nuper additum, quoniam, qui primi Rhenum transgressi, Gallos expulerint, nunc Tungri, tunc Germani vocati sint;*

CAPVT III.

de

Germanorum Hercule, Cantu Præliari & Ulyffe.

Fuisse apud eos & ¹ Herculemem memorant, primumque omnium Virorum fortium

ita nationis nomen in nomen gentis evaluisse paulatim, ut omnes primum a victis obmetum, mox a se ipsis, invento nomine, Germani dicerentur.

Juxta hanc vero lectionem, quam a Cl. PERIZONIO, Præceptore nostro, olim edocti fuimus, sensus ejus loci hic foret: Germaniæ vocabulum respectu nominum singulorum populorum, *Marforum, Cambriviorum, Suevorum, Vandalarum*, quæ vera & antiqua vocaverat Tacitus, recens esse, atque Eburones, Condrufos, Cæresos, Pæmenas & Pægnos, qui juxta Cæsarem de B. G. lib. II. cap. 4. & VI. 32. Rhenum transgressi, ac Tungri postea fuerunt dicti, a devictis Gallis ob metum *Germanos* s. *viros bellicosos*, nomine ex

voce Celtica *Guerre*, unde nostra *Wehren, Gewehr, & Mann*, composito, primum appellatos, dein vero illud nomen, postquam a Victis Gallis inventum erat, non solum a Tungrorum natione, sed & tota Teutonum gente receptum fuisse; vide quoque *Notas* nostras ad TESCHENM. *Annales*. pag. 3.

1. *Herculemem memorant.*) Columnarum quoque HERCVLIS auctor infra cap. 34. *Sylvæ Herculi sacræ* Annal. II. 12. HERCVLIS insuper *Magusani & Saxani* Inscriptiones apud *Mens. Alting.* in *Not. Germ. Infer.* P. I. 31. & 32. ut HERCVLIS DEVSIONENSIS inscriptio numismatis apud JOHAN. SMETIVM *Ant. Neomag.*

um ituri in proelia canunt. Sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem ² *Barditum* vocant, accendunt animos futuræque

p. 242. HERCVLIS vero ALEMANNICI AVENTINVS *Annal. Boj.* lib. 3. cap. 1. & BERGERVS in *Thef. Palat.* p. 16. mentionem faciunt. Laudatus quidem Altingius Herculis *Magufani & Saxani* nomine Herculem Tyrium apud Celtas cultum fuisse cenfet. Cum vero Germani nulla haberint cum alijs gentibus commercia, omne id, quod de Hercule vel Tyrio vel Libyco vel Thebano aut alio ab ipsis culto dicitur, suspectum ac fabulosum videtur, atque omnino persuasum mihi est, Heroi cuidam ob fortia gesta in Deorum numerum a Germanis relato, Herculis nomen a Romanis impositum fuisse. Quicquid enim insigne & magnificentum bellicæ virtutis unquam proditum fuit, ad Herculem suum illi pariter ac Græci referre, omnesque robore ac egregiis facinoribus inclytos isto cognomine indigitare solebant, quo factum, ut

VARRO quadraginta tres, atque CICERO lib. 3. de NATVRA DEORVM, sex Hercules agnoverint. Vide pluribus de hac re egregie differentem JOH. GEORG. KEISLERVM lib. cit cap. 3. OLAVS RVD BECK *Atlant.* cap. 33. Herculis nomine Regem aut belli Ducem quemcunque præ reliquis magnanimum, strenuum, & rebus gestis insignem Scythiis appellatum fuisse scribit, vocabulo Hercules, quod ad Græcos ac Latinos dein pervenerit, derivato ab *Her exercitu & fuisse capite. Inter* ejusmodi autem fortes Germanorum viros *Arminium* quoque apud Barbaras gentes canit, ANNAL. II. 88. memoratur.

2. *Barditum.*) a *Bardis*, Poëtis, quos VALESIVS in *Notis ad Ammian. Marcell.* lib. XV. cap. 10. Parasitos & Scurras fuisse arbitratur; adversus *Strabonis* testimonium, qui lib. IV. Gallicis præter Vates & Druides in honore eos habitos scribit.

ræque pugnæ fortunam ipso cantu augurantur. Terrent enim trepidantue, prout sonuit acies. Nec tam voces illæ, quam Virtutis concentus videntur. ³ Affectatur præcipue asperitas soni, & fractum murmur, objectis ad os scutis, quo plenior & gravior vox repercussu intumescat. Ceterum & *Vlixem* quidam opinantur longo illo, & ⁴ fabuloso

Munus horum Poëtarum fuisse, ut *fortia Virorum* illustrium facta heroicis composita versibus cum dulcibus lyræ modulis cantarent, AMM. MARCELL. lib. cit. c. 9. & DIOD. SIC. lib. V. testantur, more cum Græcis quoque communi, apud quos inter alios Poëtas Homerum, paupertate adactum, sua carmina cecinisse, juxta Cl. PERIZONIUM l. c. auctor quoque *Observ. Tom. III. Observat. Hallens.* ostendit, male vero is *Observat. II. Excidium Trojanum* fabulam esse, inde conatur inferre. Etsi enim Poëtis fingere liceat, & PLINIVS minor *quid Poëtæ cum fide?* quaerat lib. VII. Ep. 9. ex mente tamen potius Caninii cujusdam, quem de Poëtæ narratione dubitaturum suspi-

cabatur, hoc dicit: neque puto quemquam fore, qui Lucano, Silio Italico, Gunthero in Ligurino propterea, quod poëtæ fuerunt, fidem derogare velit. Alii cum AMM. MARCELL. l. c. *Barritum* legunt, vel ab Elephantum *Barrientium*, vel fluctuum, quos Belgæ *Warren* vocant, cantibus illorum sono, cui clamor istorum Poëtarum & Cantorum similis fuerit.

^{3.} *Affectatur præcipue asperitas soni.*) AMM. MARCELL. lib. XXXI. cap. 7. *Barbari, ait, majorum laudes clamoribus stridebant inconditis, interque varios sermonis dissoni strepitus leviora proelia tentabantur.*

^{4.} *Fabuloso errore in hunc Oceanum delatum.*) Placuit tamen

buloso errore in hunc oceanum delatum adisse Germaniæ terras, ⁵ Asciburgiumque, quod in Ripa Rheni situm hodieque incolitur ab illo constitutum, nominatumque. Aram quin etiam Ulixi consecratam, adjecto Laërtæ patris nomine, eodem loco olim reperi- tam: monumentaque, & tumulos quosdam ⁶ Græcis literis inscriptos in confinio Germaniæ Rhætiæque adhuc exstare, quæ neque confirmare argumentis, neque refellere in animo est: ex ingenio suo quisque demat, vel addat fidem.

CAPVT

tamen hæc fabula OLIV. VREEDIO, qui in *Additionibus* suis ad *Flandriam Vet. S. Ethnicam.* pag. 46. 47. Strabonis, Solini & Claudiani testimoniis Vlysses in Flandriæ quoque oras rejectum, atque pagos ibidem *Visswege, Wliffeghem* ab illo appellatos fuisse censet; Lipsii quoque auctoritate usus, qui ad. h. l. *Quidni*, inquit, *Vlyssinga nostra in Zælandia ab eodem sit? quidni Circea à Circe?* Sed fabulam istam ridet, minime vero approbat.

5. *Asciburgium.*) Quo KIRCHMAIERVS h. l. *Wschenburg* in Diœcesi Moguntinensi, rectius vero TESCHENMACHERVS *Annal.*

Clivix p. 23. vicum in Comitatu Mœrsano an dem *Eßenberg*, ubi multa & insignia Antiquitatis Monumenta effodiantur, intelligendum esse censet. Inter Drusi vero quinquaginta Castella, quæ FLORO teste lib. IV. c. 12. juxta Rhenum condidit, illud haud immerito referendum putat CELLARIUS *Geogr. Antiq.* T. I. p. 337. Meminit quoque hujus Asciburgii TACIT. *Hist.* lib. IV. 33. a quo Asciburgium PTOLEMAEI lib. II. cap. II. diversum, & in ripa Rheni Germanica ad Fossam Drusianam situm esse existimat M. ALTING. *Not. inf. Germ.* p. II.

6. *Græcis literis inscriptos.*)

CAPUT IV.

de

*Germanorum proprietate Sanguinis
& qualitate Corporum.*

Ipse eorum opinionibus accedo, qui Germaniæ populos nullis aliis aliarum nationum connubiis infectos, propriam & sinceram & tantum sui similem gentem extitisse arbitrantur. Unde habitus quoque corporum, quanquam in tanto hominum numero,

Tabulas Græcis literis scriptas in Helvetiorum castris repertas memorat CAESAR. lib. I. c. 10. atque *Gallos in publicis nonnullis privatisque rebus ac rationibus Græcis literis usos* fuisse IDEM lib. VI. cap. 14. testatur, quod tamen de Druidibus solum intelligendum videtur: quippe cum lib. V. c. 48. Epistolam Græcis literis conscriptam Equiti Gallo se tradidisse referat, ne a Gallis hostibus consilia sua proderentur. Certe linguam Gallorum Vulgarem CICERO Orat. pro FONTEIO *Barbaram ac immanem* appellat. Græcas

vero literas a Phocænsium colonia Massiliam fuisse allatas, atque inde Gallis innotuisse, Strabo lib. VI. indicat, ubi *atque ideo*, ait, *urbs ea* (Massiliensium) *paulo ante quidem Barbaris loco ludi Literarii patefacta est, & Græcarum literarum studiosos reddidit Gallos, ut contractuum quoque formulas Græce conscriberent.* A Gallis Græcas literas Germani acceperunt, qui illis Chilperici, Regis Francorum, tempore adhuc usi fuerunt. GREG. THYRON. lib. V. c. 44. Vide quoque *Notas nostras ad TESCHENM. Annales p. 47. 48.*

mero, idem omnibus: ¹ truces & cærulei
oculi,

i. *Truces & cerulei oculi.*) VITRUVIUS Gentes Septentrionales in universum cæcios oculos habere scribit, ejusque rei causam ARISTOTELES *Probl. Sect. 14. 8.* reddit, quod internus calor cohibeatur a frigore externo ne effluat, vide CLVERIVM pag. 118. De Germanis JUVENALIS *Satyra XIII.*

CAERVLEA (canit) quis
stupuit Germani lumina?

flavam

Cæsariem, & madido torquentem cornua cirro?

Nempe quod hæc illis natura est omnibus una.

Plura scriptorum Veterum testimonia adfert CONRINGIUS de *Hab. corp. Germ. Causis* pag. II. & 12. Cæcii vero oculi CICERONE de *Nat. Deor. lib. I. Cap. 30.* & MINVT. FEL. *Cap. XI.* testibus Minervæ tribuntur, utpote acris ingenii & sapientiæ indicia; quibus animi dotibus Germanos, licet Barbari Romanis audiant, penitus destitutos fuisse haud dixerim. Et si enim Literarum studia non

coluerint, ad Rem tamen militarem tam publica instituta quam privatos mores sapientissime accommodaverant. WERLHOFFIUS in *Not. Imp. Enucl. sp. II. lib. 1. c. 2. 41.* Neque Fabris lignariis, ferrariis, arariis, gladiariis, zonariis, coriariis, alutariis, texoriis, Sartoribus, Pictoribus, aliisque Artificibus & Opificibus eos caruisse, e vestibus & sagis, ex lana, lino, aluta concinne compositis variisque coloribus distinctis, ut & galeis affabre in varias ferarum & avium formas effictis, itemque scutis pictis, aliisque armorum generibus CLVERIVS *Cap. 18. p. 164.* non sine causa existimat. Successu temporis istas non solum artes perfecerunt, sed & literarum insuper studiis ac Pulveris Pyrii, artisque Typographicæ & Vitriariæ, aliisque ingeniosis inventis non minus quam Virtute inclaruerunt Germani, quo nomine causam illorum egit JOHANN. FRIDERIC. CRAMERVS in

culi, ² rutilæ comæ, ³ magna corpora, &
tan-

*Vindiciis Nominis Germani-
ci contra quosdam obtrecta-
tores Gallos, Berolini 1694.
impressis.*

2. *Rutilæ comæ.*) Hæ tam
propriæ Germanis fuerunt,
ut Auctor in *Vita Agricolæ*
cap. II. *rutilas Caledoniam
habitantium comas Et ma-
gnos artus Germanicam ori-
ginem adservasse, scribat. LV-
CANVS quoque lib. 10. Phar-
sal. de Cleopatrarum ministris.*

*Pars tam flavas gerit al-
tera crines,*

*Ut nullus Cæsar Rhæni se
dicat in Arvis*

*Tam RUTILAS vidisse
COMAS.*

Vide etiam *JUVENALEM*
l. c. & Scriptores a *CON-
RINGIO* & *CLUVERIO*
l. c. adductos, inter quos
cum aliqui *flavos* capillos
Germanis adscribant, de illis
hoc intelligendum monet
Cluverius, qui magis ver-
sus septentrionem habita-
runt, nec immeritio; quip-
pe cum experientia teste-
tur, homines septentriona-
les flavis capillis plerum-
que præditos esse. Adeo
verò ejus coloris comas

amabant Germani, ut qui-
bus natura illum negave-
rat, capillos suos rutilos
& flavos reddiderint saponem
ex Sevo & Cinere, quan-
doque & calce confecto; v.
PLINIVM lib. XXVIII. 12.
Saponem istum *Spumam
Batavam & Causticam* vo-
cat *MARTIALIS* Epigr.
lib. VII. de quo vide *CON-
RINGIVM* l. c. p. 127.

3. *Magna corpora.*) Mul-
ta de ingenti statura, qua
Germani aliis gentibus olim
præstiterunt, *Scriptorum Ve-
terum* testimonia congef-
serunt *CLUVERIVS* lib.
l. c. 14. & *CONRINGIVS*
laudato libro, quò in pri-
stinæ istius, ac nunc mul-
tum diminutæ proceritatis
causas prolixè inquirat. Sa-
ne, quod in magna illa
ac robusta, sibi que similia
corpora excreverint Ma-
jores nostri, præter Cæli
aerisque temperiem effece-
runt tum Parentum sera, &
æqualia matrimonia, pari-
ter ac continentia & casti-
tas, de quibus *TACITVS*
infr. cap. 18. 19. 20. tum
juventutis inde ab incu-
na-

tantum ad impetum valida.

Labo-
ris⁴

nabilis educatio dura cap. 20. & 23. cibi simplices, & bene nutrientes, plurima caro, maxime ferina, sed & pecudum, copiosissimus lactis usus, meri & concertii, potus probe saginans, cap. 23. neglectus vini, aliorumque liquorum, quibus Vitalia aduruntur, assuefactio ad toleranda frigora, vestitus tenuis absque hypocauftorum usu, frequens exercitatio corporis in venationibus & exercitiis militaribus c. 15. Vita sine curis & laboribus, aliaque, quibus corporis vires non absumuntur, Cæsar. lib. I. c. 1. lib. II. c. 15. lib. VI. cap. 2. lib. VI. c. 21. a qua vivendi ratione cum postea discesserint Germani, mirum non est, quod veteris illius magnitudinis vix reliquæ supersint, atque juxta querelam JUVENALIS *Satyra* 15. v. 60.

Terra malos homines nunc educat, atque pusillos.
Non tamen existimandum est, veterem illam proceritatem monstruosam fuisse & Giganteam. Septem e-

nim pedes Germanos fuisse longos, SIDONIUS APOLLIN. testatur, qui de illis.

Spernit Semipedem Stilum Talia

Ex quo SEPTIPEDES videt Patronos.
item

Hic Burgundio SEPTIPES frequenter

Flexo poplite supplicat quiete.

De Carolo M. EGINH. in ejus *Vita* cap. XXII. *Corpore fuit amplo atque robusto, statura eminenti, quæ tamen justam non excederet, nam SEPTEM suorum pedum proceritatem ejus constat habuisse mensuram:* Idemque testatur POETA SAXO lib. V. v. 355.

Egregie procerus & hoc moderamine justo,

SEPTEM namque suis longus erat pedibus.

atque MARQ. FREHERVS *dissertatione de Statura Caroli M.* ex baculo juxta ejus proceritatem confecto, atque in Cimeliarchis Palatinis asservato confirmat. Et si itaque, quæ fictitius ille Turpinus de Carolo M.

ris ⁴ atque operum non eadem patientia: minimeque sitim ⁵ æstumque tolerare, frigora atque inedia cælo solove adfueverunt.

C A P V T V.

de

*Germanorum Terra, Opibus, Metallis
& Pecunia.*

Terra etsi aliquanto specie differat, in univèrsùm tamen aut ¹ silvis horrida, aut palu-

longitudine octo pedum scribit, fabulæ sint, pristinae tamen istius proceritatis exempla nostro tempore adhuc obvia commemorat Cl. KEISLERVS libro supra laudato p. 218. & seqq.

4. *Laboris atque operum non eadem patientia.*) Quia pigrum ipsis & iners videbatur sudore acquirere, quod possis sanguine parare, Cap. XIV. unde agrorum curam feminis, senibusque, & infirmissimo cuique ex familia delegabant. Cap. XV.

5. *Minimeque sitim æstumque tolerare.*) Adversus sitim non eadem temperantia, infra c. 23. CONRINGIVS lib. cit. pag. 47. ex humorum ubertate utrumque derivat,

quippe cum in sudorem resolvi, non facilis sit caro, nisi quæ humore multo mædeat, nec sitis quem magis urgeat, quam cui multa humiditas familiaris sit. Factum inde, ut Germani fluxis corporibus suis mutationem soli, cælique haud tolerare potuerint, scribit TACIT. Hist. lib. II. cap. 32. Vide quoque eundem cap. 93. POLIAENVS Stratag. lib. VIII. Marius, ait, cum Cimbris conflicturus ex frigidis regionibus profectus, sciebat eos glaciem & nivem ferre posse, calorem ac solem non item, æstu confectos plurimum sudorem cum spiritu emittere.

1. *Aut silvis horrida aut paludibus*

paludibus foeda: ² humidior qua Gallias, ventosior qua Noricum ac Pannoniam adspicit;

ludibus foeda.) Autor cap. II. *Germaniam informem terris, asperam caelo, tristem cultu, aspectuque* describit; atque Cerealis in concione Gallos adlocutus; Germanos *Hist.* lib. IV. c. 73. *paludibus, & solitudinibus suis relictis* transcendisse in Gallias ait. POMP. MELA lib. III. cap. 3. de Germania, *terra, inquit, ipsa multis impedita fluminibus, multis montibus aspera, & magna ex parte silvis ac paludibus inuia.* De montibus ac silvis, *Herciniis, Tauno, Teutoburgensi, Casia, Meliboco, Marcianis, Abnoba, Asciburgio, Lunæ, Sarmaticis, Carpaticis* multisque aliis vid. CLUVERIVS lib. III. c. 48. HENELIVS in *Silesiographia* Cap. 2. TVNVM, cuius TACITVS meminit *Annal.* lib. I. c. 56. & lib. XII. c. 28. non proprium montem, sed eo nomine omnes montes, die Dunen, voce Belgis adhuc familiari, appellatos fuisse Cl. KEISLERVS observat *lib. cit.* p. 480. De *vastis paludibus*

TACITVS *Annal.* I. c. 63. Frequentes imprimis ejusmodi paludes sunt in Westphalia & tractu Maris Balthici, ubi propterea illust. Leibnitius Muringiam, (a *Moris* s. paludibus ita dictam) primam Francorum sedem juxta Geographum Ravennatensem quærendam putavit in *disquisit. de Orig. Franc.* quam cum vindiciis adversus Objectiones ill. Ecardus adjunxit *Legibus Saticis.* Cum vero Veteres Scriptores omnes, atque monumenta antiqua originem Francorum ex *Westphalicæ* populis arcessant, ibi rectius Muringiam collocandam esse, docuit ill. Gundlingius, *Gundlingian.* P. 3.

2. *Humidior qua Gallias, ventosior qua Noricum.*) Legendum esse *humilior & verticosior* cum LIPSIO & CONRINGIO, KIRCHMAIERVS h. l. monet, atque adversus Colerum, qui Lipsio propterea succensuerat, solidis rationibus tuctur.

3. *Satis*

spicit; ³ fatis ferax, frugiferarum ⁴ arborum impatiens, pecorum ⁵ fecunda, sed plerumque improcera: ne armentis quidem suus honor, aut gloria frontis. Numero gaudent. Eæque solæ ⁶ & gratissimæ opes sunt.

3. *Satis ferax.*) CLUVERIVS lib. I. c. 12. & CONRINGIVS h. l. *sati* (segetis) *ferax*, legunt, quod licet perinde videatur, vitandæ tamen ambiguitatis causa, ne *satis* adverbialiter pro *sufficienter* sumatur, KIRCHMAIERVS quoque h. l. approbat. Etsi autem Germani agris colendis parum studuerint, v. *infr.* cap. 14. quantum tamen necesse erat, *segetes terræ imperabant*, cap. 26. atque de *frumentis à Cæsare succisis* vide ipsum de B. G. l. IV. c. 19. de *frugibus Principibus collatis* AVCTOR. *infr.* c. 15. De *receptaculo frugum*. cap. 16. De *humore ad potum ex hordeo & frumento* cap. 23.

4. *Frugiferarum arborum.*) non agrestium, quibus haud destituebantur. v. cap. 23. sed arborum mitiorum, quæ arte & labore in hortis à Germanis etiam nunc coli solent, de

his enim AVCTOR ipse *infra* c. 26. *Arva*, inquit, *per annos mutant, & superest ager, nec enim cum ubertate & amplitudine soli labore contendunt, ut pomaria conserant, & prata separent, & hortos rigent. Sola terræ seges imperatur.*

5. *Pecorum fœcunda.*) propter pabuli præstantiam & abundantiam. PLINIVS enim lib. XVII. 4. *quid, ait, laudatius Germanicæ pabulis?* quibus adeo etiam abundabat, ut ex Gallia pecora trans Rhenum partum mitterentur, qua de re CLAUDIANVS in laud. Stiliconis l. I. v. 224.

Ut jam trans fluvium non indignante Caico.

Pascat Belga pecus, mediuque ingressa per Albin.

Gallica Francorum montes armenta pererrent.

6. *Eæque solæ & gratissimæ opes.*) Unde quoque tributum

funt. Argentum & Aurum propitii an irati Dii negaverint, dubito. Nec tamen affirmaverim, nullam ⁷ Germaniæ venam argentum aurumve gignere. Quis enim scrutatus est? Possessione & usu haud perinde afficiuntur. Est videre apud illos argentea vasa, Legatis & Principibus eorum muneri data, non in alia vilitate quam quæ humo finguntur: quamquam proximi ob usum commerciorum aurum & argentum in præ-

tio

buti loco Principibus suis *ultra & viritim vel armentorum vel frugum* contulisse Germanos, AVCTOR infr. cap. XV. refert. Homicidium propterea atque alia delicta leviora certo armentorum & pecorum numero luebantur. cap. XII. & XXI.

7. *Nullam tamen Germaniæ venam argentum.*) Ferrifodinas fuisse in Germania, AVCTOR testatur infr. c. 43. ubi de Gothinis refert, quod *terram effoderint*. Curtium quoque Rufum in agro *Mattiaco specus quærendis venis argenti reclusisse*. IDEM memorat ANNAL. libr. XI. cap. 20. Certe non venas, sed laborem & scrutinium defuisse apparuit, ex quo tot auri,

argenti aliorumque metallorum fodinæ circa silvam Hercyniam, in Misnia, Silesia, Bohemia repertæ fuerunt, de quarum origine pariter ac legibus metallicis v. HEINECCIUS *Antiq. Goslar.* lib I. HENR. MEIBOMIUS in *diff. de Metallifodinarum Harzicarum prima origine & progressu*, Helmstadii 1680. AD. RECHENBERG de *Hermundurorum Metallurgia argentea*. Lipsiæ eodem anno. De legibus vero & Juribus Metallicis vide LEIBNIT. T. II. S. R. B. *introd.* N. 20. 21. JO. EISENHART. de *Regali Metallifod. jure libro singulari*, aliosque apud CL. STRUVIVM *Biblioth. juris Selecta* p. 208.

8. For-

tio habent, formasque ⁸ quasdam nostræ pecuniæ agnoscunt, atque eligunt: interiores simplicius & antiquius ⁹ permutatione mer-

8. *Formasque quasdam nostræ pecuniæ agnoscunt.*) Erant propterea in Germanorum pariter ac Gallorum gratiam Treviris & Lugduni officinæ monetariæ a Romanis constitutæ, quorum imperio everso Byzantinis nummis Germani cum aliis populis Occidentalibus usi fuerunt; Francos vero, ex quo Galliam sibi subjecerunt, nummos ex Gallicis metallis cum iconibus suorum Regum excudisse, PROCOPIVS de *Bello Gothico* lib. III. testatur, extantque jam in Cap. Caroli M. Leges monetariæ contra falsas monetas A. DCC. LXXV. DCCC. III. latæ, v. BALVZIVS CAPITVLAR. T. I. p. 604. 723. 795. alibique, A. LE BLANC, *Traité Hist. des Monnoyes de France*; de re vero Germanorum nummaria mediæ ævi vid. HACHENB. in *German. med.* diss. X. illustriss. a LVDEWIG Einleitung zum teutschen Münzwesen mittler Zeiten, & qui de nummis

Bracteatis scripserunt Cl. viri OLEARIVS, SCHMIDIVS, SAGITTARIIVS, SLEGELIVS, LEVCKFELDIVS aliique plures.

9. *Permutatione mercium utuntur.*) More apud alias gentes quoque olim recepto, *Quantum*, inquit PLINIVS lib. 33. I. *feliciori ævo, cum res ipsæ PERMVTABANTVR inter se, sicut & Trojanis temporibus fœditatum Homero credi convenit.* Locus ex Homero adducitur §. 2. INSTIT. de *Emt. & Vendit.* Arist. I. V. *Ethic.* c. 8. omnia ea, quorum est PERMVTATIO, comparabilia esse monet. Lycurgus enim singula non pecunia sed compensatione mercium iustificat, teste Justino lib. III. c. 2. SERVIIVS ad VIRGIL. *Ecl.* IV. v. 39. ad verba *mutabit merces*, quia, notat, *antiqui res rebus mutabant.* De Sarmatis quoque POMPEMELA lib. II. *vice*, inquit, *rerum commercia exercent.* Cum vero hac ratione pretia rerum non exacte semper

mercium utuntur. Pecuniam probant veterem & diu notam, Serratos ¹⁰ Bigatosque. Argentum quoque magis quam aurum sequuntur, nulla affectione animi, sed quia numerus argenteorum facilius usui est promiscua & vilia mercantibus.

CAP. VI.

per æquari potuerint, nummi inventi fuerunt, ovium, equorum, bouum, aliarumque pecudum figuris signati, unde & *pecunie* nomen acceperunt. Centum hinc קשמט i. e. nummis figura *ovis* signatis Jacobus agrum a Sichemitis emisse dicitur, *Genes.* XXXIII. 19. Coll. *Actor.* VII. 16. AVGVST. PFEIFF. *Oper.* pag. 1007. Certe Abrahamus jam quadraginta Siclis locum sepulturæ ab Hethitis emit. *Genes.* XXIII. §. 17. Apud Germanos quoque nummos tandem adhibitos סאא, a pecore quo insigniti fuerunt, dictos fuisse observat Hachenb. *diff. cit.* §. 2

10. *Serratos bigatosque.*) Bigatos nummos ab insculpto ipsis curru cum equorum *biga* ita appellari, nulum fere dubium est. Serratos vero, cujus vocis loco alii vel *æratos*, vel *raritos* perperam legunt, a ferræ illis impressa imagine sic dici consueverunt ALTHAMERVS, ALEXANDER ab ALEXANDRO, FVLVIVS VRSINVS & PIERIVS VALERIVS, sed sine ullo ejusmodi nummorum exemplo. Vera hujus nominis ratio est, quod hi nummi crenati, ferræque in modum, toto margine sicut monetæ Franciæ majores quædam species, vel serratulæ herbæ, incisuris dentati fuerunt, ne diminuerentur. vid. JOH. SMETIVS *Antiq. Neomag.* pag. 172. & NOTAE ad *Teschemacheri Annales.* p. 44.

CAPVT VI.

de

*Germanorum armatura, militibus, modo
proeliandi & Centenis.*

Ne ferrum ¹ quidem superest, sicut ex
genere telorum colligitur. Rari ² gladiis,
aut

1. *Ne ferrum quidem superest.*) Rarum propterea ferri, frequentem autem fustium usum fuisse apud Aestios *infr.* cap. 45. atque Fennos Sagittas inopia ferri *ossibus* asperasse, cap. 46. memorat Autor. Nunc tantam esse in sola Misnia ferri copiam, ut Landsassii in fundo suo illud fodere queant, nullo quamvis instructi sint privilegio, refert AVTOR *Germaniae Principis* lib. III. cap. 5. p. 203.

2. *Rari Gladiis.*) GERMANICVS adlocutione ad milites suos apud Autorem *Annal.* I. 14. Germanorum arma cum Romanis comparando, inter hæc tantum gladios refert. Gladiis tamen oportet usos fuisse Germanos, quod Maritus in dotem attulerit boves & frenatum equum cum *framea*

gladioque juxta AVCTOREM *infra* cap. 18. Præmagnos autem & ponderosos Cimbrorum fuisse gladios, PLVTARCH. testatur in *Mario*. Marsignorum contra, Oforum, Gothinorum, Buriorum aliarumque gentium Germanicarum versus Orientem insigne fuisse, rotunda scuta & *breves gladios*, AVTOR refert *infra* c. 43. Gladii vero Germanis, teste DIODORO SICVLO lib. V. Spathæ dicebantur, quod *spatiosæ & amplæ* fuerint, ut censet Isidorus lib. XVIII. cap. 6. Rectius vero voce Celtica *Spade*, qua instrumentum in hortis colendis usitatum adhuc solet appellari. Gladios vero Diodoro & Strabone lib. IV. testibus, ad latus dextrum ponebant, quod & Romanos olim con-

aut ³ majoribus lanceis utuntur. Hastas, vel ipforum vocabulo ⁴ frameas gerunt, angusto

consuevisse, LIPSIVS ostendit de *Milit. Rom.* libr. III. Dial. 3. Francos tamen mutato hoc more ensem ad lævum latus appendisse, AGATHIAS scribit libr. 2. vide quoque HACHENB. libr. citat. differt. IV. §. 8. CLVVERIVM A.G. libr. I. c. 44. p. 350. & *Figuram* II. post p. 360. ut & JOHAN. STRAVCHIVM *Diff.* III. cap. 2. §. 2. Ceterum QVADOS, Germaniæ populum, tam sanctos habuisse gladios, ut per illos juraverint, AMM. MARCELLIN. testatur l. XVII. cap. 12. More gentibus imprimis septentrionalibus admodum familiari; atque inde esse, quod hodieque feuda imperii a Cæsare conferantur, oblato ad osculum ensis manubrio, non immerito censet Cl. KEISLERVS l. c. pag. 164. 165. Vide quoque illustrem ECARDVM ad L. L. Salicas, pag. 185.

3. *Majoribus lanceis.*) quas DIOD. SIC. l. V. describit, atque *hastas*, ait, *faciunt lanceas illis dictas* (vocabu-

lo Celtico & adhuc usitato (Lanze nim. unde ein Landsknecht,) *quarum ferrum longitudine cubitum æquat, vel etiam superat, si additamenta adsint; latitudo a gemino palmo haud multum abest.* Fuisse quoque ancipites, PLVT. in Mario testatur. Fere itaque nostris lanceis, quæ Partisanen vocantur, illas similes fuisse, censet CLVVERIVS pag. 352. Ab his autem majoribus lanceis minores, quæ *Gesæ* quoque appellantur, non differant, nisi quod harum ferrum non æque latum fuerit. Vtriusque vero figuras vide apud Cluverium post pag. 360. fig. V. & VII. & JOH. STRAVCHII *Differt.* III. cap. 2. §. 3.

2. *Frameas.*) a cuspide, quæ hastis illis præfixa erat, acri, atque simili instrumento sartorio & sutorio, Psriem, vel Priem, quo pannus vel corium perforatur. Erant vero hastæ longæ instar *Picarum*, seu perticarum, quibus pedites in quibusdam Germaniæ

angusto & brevi ferro; sed ita acri, & ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus⁵ vel eminus pugnent. Et eques quidem scuto frameaque contentus est. Pedites et⁶ missilia spargunt, pluraque singuli, atque in immensum vibrant, nudi⁷ aut sagulo leves. Nulla cultus

locis adhuc uti solent. Tacitus propterea hastas Annal. I. cap. 64. *ingentes* ad vulnera facienda quamvis procul; Annal. II. c. 14. *enormes*; alibi *prælongas* & *ingentia tela* vocat. Vid. CLVV. p. 359. Fig. IV. Bipenni, quam *Francescam* appellarunt Franci, id armorum genus simile fuisse, ALEX. ab ALEXANDRO, aliique censent. Vid. JOH. STRAVCH. l. c. §. 4.

5. *Cominus vel eminus.*) Collectis vel protensis hastis, non vero sparsis, ut missilibus; atque ita intelligenda quoque verba TACITI ex Annal. I. 64. modo adducta, *ad vulnera facienda quamvis procul*; protensis videlicet non projectis hastis. Hoc quoque sensu IDEM Hist. lib. V. cap. 18. *absumentis*, inquit, *quæ jaciuntur* & *ardescente pugna procursum ab hoste infestius im-*

mensis corporibus & *prælongis hastis, fluctantem labantemque militem eminus fodiebant.*

6. *Missilia.*) Quo non solum pertinere Lanceas majores & minores, sed & alia brevia tela & clavas, sive *catejas*, CLVVERIVS ostendit p. 353. & 359. Diserte quoque lapides & glandes, de quibus Kirchmaierus h. l. dubitat, ad missilia refert TACITVS Hist. l. V. c. 17. ubi *sono*, inquit, *armorum tripudiisque* (ita illis mos) *approbata sunt dicta, saxis glandibusque* & *ceteris missilibus proelium incipitur.* Sagittas non videntur habuisse Germani, exceptis Fennis. v. c. 46.

7. *Nudi.*) *Tegumen*, infr. c. 17. scribit, *omnibus sagum, fibula, aut si desit, spina confertum, cetera intecti*, ubi vid. Not.

8. *Scuta*

tus jactatio. Scuta tantum ⁸ lectissimis coloribus distinguunt. Paucis ⁹ loricæ, vix uni

8. *Scuta tantum lectissimis coloribus distinguunt.*) Scuta initio admodum rudia atque è corticibus arborum fuere confecta, concava figura; postea e viminibus ac tabulis colore fucatis, nullo autem ferro nervove firmata. TACIT. *Annal.* II. 14. *oblonga & ad staturam hominis porrecta*, DIOD. lib. V. atque hinc TACITO l. c. *immensa*; exceptis Suevis, quorum insigne, *rotunda scuta*. v. *infra* c. 43. Ceterum scuta fucata, atque lectissimis coloribus distincta simul ac galearum, de quibus proxime dicetur, formas, originem insignibus nobilium dedisse, ut dubitabit forte nemo, ita Cluverii sententia, quod scuta Nobilium non nisi spatii diversi coloris distincta, Civitatum vero & Principum animalium figuris sola initio fuerint insignita, tantoque insignia esse antiquiora, quo magis sunt simplicia, haud est a vero aliena. Vide ipsum p. 344. & 349. & figuras scutorum

post. p. 360. G. BEYERUM in *Spec. Juris Germ.* lib. I. cap. 10. SCHVRTZFLEISCHIVM de *Nobilium insignibus*, *Op. Hist. Polit.* N. LVII. JOH. STRAVCH. *Diff.* III. C. 3. §. 2. & 3.

9. *Loricæ.*) GERMANICVS apud Autorem *Annal.* II. 14. *non loricam*, ait, *Germano*, *non galeam*. Principes vero atque nobiliores loricis usos fuisse, SILIVS ITALICVS testatur lib. V. ubi de consule, qui arma Bojorum Regi detracta induerat:

Loricam induitur - - - Franci *Bruniam* vocabant, voce antiqua Gallica *bron*, qua pectus & mamma denotabatur. Vide laudatum ECCARDVM ad LL. *Salicas* pag. 175. Diversum ab illa fuit munimentum colli, *Halsberga*, de qua LEX RIPVARIORVM cap. 36. à *Bergen*, condere, munire, quia illa muniebatur collum; ut crura *Bainberga*. Vide ECCARDVM *ibid.* JOH. STRAVCH. l. c. §. 4.

uni alterive ¹⁰ cassis aut galea. ¹¹ Equi non forma, non velocitate conspicui. Sed nec variare gyros in ¹² morem nostrum docentur.

10. *Vix uni alterive cassis aut galea.*) Vide quoque ANNAL. II. 14. Plerumque enim capitibus nudis pugnant, ut DIO CASS. lib. XXXVIII. de Ariovisti exercitu refert, atque vel capillos teste AVTORE *infra* cap. XXXVIII. religabant, vel capitibus exuvias leonum, boum, urforum aliarumque belluarum cum dentibus & cornibus imponebant. PLVTARCHVS in Mario de Cimbris, *Equitum*, ait, XV. *millia numerose effuderunt, splendide, galeas gerebant, quæ representarent sævarum belluarum victus & inusitatas figuras.* Ritu tamen cum aliis gentibus communi, ut multis CLVVERIVS libr. I. cap. 44. ostendit, & FIG. post p. 360. exhibet. Franci *Galea* quoque usi fuerunt, quæ HELMVS vocatur *LL. Ripuar.* l. c. ab Helen celare, quia eaput celat Galea s. Cassis.

11. *Equi non forma.*) Ger-

manos jumentis e Gallia importatis non usos, & quæ apud eos fuerunt nata, *parva & deformia* fuisse, scribit CAESAR lib. IV. cap. 2. Gavisos tamen finitimarum gentium donis, *electis Equis, magnis armis, phaleris & torquibus*, AVTOR testatur *infr.* cap. 15. *Neque turpius quidquam aut inertius eos habuisse quam ephippiis uti*, CAESAR memorat l. c. more tamen cum aliis gentibus communi. Vid. HERM. HVGGO de *Militia Equestri Antiqua & Nova* lib. I. cap. 4. Nec major sub Francis Equitatus cura. AGATHIAS lib. II. *Equis*, ait, *nisi paucis, non utuntur, avito more & educatione ad pedestrem pugnam exerciti.* Quod ergo EGINH. refert, in vita Caroli M. c. XIX. cum filios, cum primum ætas patiebatur, more Franco-cum equitare fecisse, de Principibus intelligendum erit.

12. *In morem nostrum.*)

Quem VIRG. *Georg.* lib. III.

tur. In rectum aut uno flexu dextros agunt, ita conjuncto orbe, ut nemo posterior sit. In universum æstimanti ¹³ plus penes peditem roboris; eoque mixti ¹⁴ præli-

III. elegantissime ita describit:

Primus equi labor est, animos atque arma videre

Bellantum, lituosque pati, tractuque gementem

Ferre rotam, & stabulo frenos audire sonanteis:

Tum magis atque magis blandis gaudere magistri

Laudibus & plausæ sonitum cervicis amore:

Atque hæc jam primo depulsus ab ubere matris

Audiat, inque vicem det molibus ora capistris

Invalidus, etiamque tremens, etiam inscius ævi.

At tribus exactis, ubi quarta accesserit æstas,

Carpere mox gyrum incipiat, gradibusque sonare

Compositis, sinuetque alterna volumina crurum,

Sitque laboranti similis: tum cursibus auras

Provocet, ac per aperta volans, ceu liber habenis,

Æquora, vix summa vestigia ponat arena.

Pluribus ea de re vide HERM. HVGONEM de Militia Equest. Antiq. & Nov. Lib. III. c. 2.

13. Plus penes peditem roboris.) De Cattis AVCTOR c. XXX. Omne, ait, robur in peditate. Equestrium sane virium id proprium, cito parare victoriam, cito cedere. De Tentæris vero IDEM cap. XXXV. Tentæri, scribit, super solitum bellorum decus equestris disciplinæ arte præcellunt. Nec major apud Catos peditum laus, quam Tentæris equitum.

14. Mixti proeliantur.) De hujusmodi proeliis mixtis CAESAR. B. G. lib. I. c. 48. Ariovistus, scribit, his omnibus diebus exercitum castris continuit; equestri proelio quotidie contendit. Genus hoc erat pugnæ, quo se Germani exercuerant. Equitum militia erant VI. totidem numero pedites volocissimi ac fortissimi, quos ex omni copia singuli singulos, suæ salutis cau-

liantur, apta & congruente ad equestrem pugnam velocitate peditum, quos ex omni juventute delectos ante aciem locant. Definitur & numerus: ¹⁵ centeni ex singulis pagis sunt: idque ipsum inter suos vocantur, & quod primo numerus fuit, jam nomen

*sa delegerant. Cum his in proeliis versabantur; ad hos se equites recipiebant; hi, si quid erat durius, concurrerant: Si qui, graviore vulnere accepto, equo deciderant, circumfistebant, si quo erat longius progrediendum aut celerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas, ut jubis equorum sublevati, cursum æquarent. IDEM lib. IV. 2. Equestribus, memorat, proeliis, sæpe ex equis desiliunt, ac pedibus proeliantur equosque eodem remanere vestigio assuefaciunt, ad quos se celeriter, quum usus poscit, recipiunt: Simili plane ratione, ut Dimachi nostri, die Dragoner, quod genus militum recte quidem à Germanis, perperam vero recentiori ætate inventum esse, HERTIVS censet in *Elem. Prud. Civ.* l. 9. 12.*

15. Centeni ex singulis pagis sunt.) Divisa Germania fuit

in Civitates s. Populos & Nationes, hæc vero in Gowen sive districtus, quos Auctor Pagos appellat, atque hi iterum in Centenas & vicos. CAESAR B. G. lib. I. 12. lib. VI. 23. TACIT. infr. cap. XXI. XXXIX. Vocabulum vero Centenæ, in quas pagi divisi fuerunt, FREH. in *Orig. Palat.* lib. I. c. 5. Germanicum, Zehend, atque inde Cent. & Centenas Taciti ortâ fuisse existimat. Vero autem similis est, Germanos partes, in quas pagos diviserunt, appellasse Hunderte, quippe cum Angli comitatus sive pagos suos adhuc dividant in *Hundredas*, more à Saxonibus & Anglis in Britanniam ex Germania ducto, v. MALMESBVR. lib. II. 4. Illas vero *Hundredas* Tacitus sua lingua Centenas, ut Gowen pagos, appellavit. Sensus itaque

men ¹⁶ & honor est. Acies ¹⁷ per cuneos componitur. Cedere ¹⁹ loco, dum modo rursus instes, consilii quam formidinis arbitrantur. Corpora suorum etiam in dubiis proeliis referunt. Scutum reliquisse præcipuum ¹⁹ flagitium. Nec aut sacris adesse,

itaque Autoris est, ex illis pagorum centenis certos juvenes fuisse delectos atque vocatos *Centenos* seu Germ. die Hunderte.

16. *Jam nomen & honor.*) Comitum videlicet *Centenorum*, de quibus infr. cap. XII. ubi vide *Not.*

17. *Acies per cuneos.*) Juxta *VEGETIUM* lib. III. 19. instar *capitis Porcini*, *AGATHIAM* vero lib. II. Græcorum literæ Δ. quod tamen de Peditatu intelligendum est. Equitatus enim in turmas fuit divisus. Utroque autem modo nationes & familiæ discretæ manserunt, ut singularum virtus cognosci potuerit. Vide *AVT.* infr. cap. VII. & *Histor.* lib. IV. 16. Aciem vero circumdabant carri, quibus mulieres & infantes erant impositi. *CAESAR* lib. I. c. 51. Aciei Figuram vide apud *CLUVERIUM* p. 384.

18. *Cedere loco dum modo instes.*) De *Cheruscis AVTOR* *Annal.* II. c. II. fugam, ait, *simulantes Cariovaldam hostium ducem in planitiem saltibus circumjectam traxerunt, dein coorti & undique effusi trudent adversos, instant cedentibus collectosque in orbem pars congressi quidam eminus proturbant.*

19. *Præcipuum.*) Ut quoque apud alias gentes. De *Epaminonda*, *CICERO* de *Finibus* II. 30. *Cum*, memorat, *vicisset Lacedæmonios apud Mantineam, simulque ipse gravi vulnere exanimari se videret, ut primum discessit, quæsit, salvusne esset clypeus?* Apud *Francos* id non minus turpe reputatum, atque gravis injuria fuit habita, dicere de aliquo, quod *scutum suum jactasset fugaque lapsus fuisset.* *LL. Sal. Tit. XXXIII.* c. 5. Sunt, qui vocem *Schelm* ejusmodi hominem, qui seu-

esse, aut concilium inire ignominioso fas. Multique superstites ²⁰ bellorum infamiam laqueo finierunt.

CAPVT

scutum sibi eripi passus fuerat, proprie designasse putant, atque dictam a Schildnehm, quod tamen improbat Ill. E C C A R D. ad illum locum, atque aliunde hanc vocem derivandam docet.

²⁰. *Superstites bellorum infamiam laqueo finierunt.*) Ut enim maxime gloriosum ducebant Germani, in bello occumbere, ita turpissimum ipsis habebatur ex acie fugere, atque mortem & pericula vereri. AELIANVS *Var. Hist.* lib. XII. Capite 23. quod de *Celtarum* (*Germanorum*, v. PERIZONIUM ibi in Not.) *audacia* inscribitur, omnium, ait, *hominum ad subeunda pericula promptissimos esse Celtas audio.* Proinde *Canticorum materiam faciunt Homines, qui in bello pulchra morte occubuerunt. Et coronati pugnas ineunt, sed & tropæa erigunt, simul Græcorum more monumenta suæ virtutis posteritati relinquentes. Adeo vero turpe ducunt fugere, ut sæpe ne à corruentibus quidem & in-*

cidentibus cædibus effugiant, sed neque ex iis ardentibus, quando ipsi jam igne comprehenduntur. Multi vero etiam inundari mari sustinent; sunt etiam, qui arma capientes in fluctus irruant & eorum impetum excipiant, nudos gladios & hastas intentantes, perinde, ac si vel terrere eos vel vulnerare possent. Similia de Germanis referunt STRABO lib. VII. ARISTOTELES lib. VII. 10. STOBÆVS *Sermone XII. ex Nic. Damasc. libro de moribus Gentium;* quæ etsi fabulosa sint, audacissimi tamen & ad mortem paratissimi erant Germani. Ipse enim AVTOR *infra cap. 14. ingrata, inquit, genti quies, facilius inter ancipitia clarescunt, spe videlicet reducturæ vitæ & animarum immortalitatis.* APPIANVS *in CELT. Immites, ait, erant moribus, animisque ferocissimi & mortis contemtores persuasionem futuri in vitam reductus.* LVGANUS *Pharsal. lib. I. v. 458.*

Certe

CAPVT VII.

de

Germanorum Regibus, Ducibus, Sacerdotibus, & mulierum erga Viros affectu.

Reges¹ ex nobilitate; duces ex Virtute² fu-

*Certe populi quos despicit
Arctos,
Felices errore suo, quos ille
timorum
Maximus haud urget, leti
metus inde ruendi
In ferrum mens prona vi-
ris, animæque capaces.
Mortis, & ignavum, redi-
tura parcere vitæ.*

1. *Reges ex nobilitate.)*
De Germanis in Nobiles,
ingenuos, libertos & ser-
vos divisit, vide *infra*. cap.
XXV.

2. *Sumunt.)* Reges æque
ac Duces eligebantur, licet
apud Marcomannos, & Qua-
dos ex certis familiis. *Marco-*
mannis, ait AVTOR *infra*,
Quadisque ad nostram memo-
riam Reges manserunt ex
gente ipsorum; nobile MA-
ROBODVI & TVDRI genus.

Duces inaugurabantur scu-
tis impositi atque elevati.
De BRINIONE Duce Cani-
nefatum AVTOR *Hist.* IV.
15. *Impositus scuto more gen-*
tis, & sustinentium humeris
vibratus, Dux eligitur. Eo-
dem vero modo & Reges
fuisse inauguratos, CASSIO-
DORVS testatur, apud quem
lib. X. *Var. Epist.* 31. Theo-
doricus Rex, *indicamus*, ait,
parentes nostros Gothos inter
procinctuales gladios, more
majorum scuto supposito, re-
galem contulisse nobis, præ-
stante Deo, dignitatem; ut ho-
norem arma darent, cui opi-
nionem bella pepererunt.
Francos quoque Reges suos
eodem ritu initiasse constat,
exemplisque Clodovæi, Si-
geberti, Gundobaldi id te-
statur GREG. THYRON.
lib. II. 40. IV. 46. VII. 10.

fumunt. Nec Regibus infinita ³ aut libera

Hunc tamen ritum in pro-
cinctu vel in campo solum
obtinuisse, atque alias Re-
ges in sublimi folio collo-
catos, tradita in manus
ipforum hasta, fuisse inau-
guratos, HERTIVS in *Not.*
Vet. Fr. Regni pag. 131. &
132. consensu HAD. VA-
LESII probat, qui lib. XXI.
Rer. Franc. ad Historiam
Theodorici ex vita S. LEO-
DEGarii. *solebant tum,*
ait, optimates Francorum ad
constituendum Regem conve-
nire, ac in electi singuli verba
jurare, tradita in manus ha-
sta pro sceptro, excelsa folio
impositum debito honore ve-
nenari. De Guntramno quo-
que, cum Childebertum II.
regem declararet, GREG.
THVRON. lib. VII. 33. *da-*
ta in manus Childeberti hasta
ait: hoc est indicium, quod
tibi omne meum regnum tra-
didi. Atque ejusmodi ha-
stam designari, qua Reges
Francorum in nummis apud
P. Le BLANC appa-
rent, verosimile est. Un-
ctos vero & coronatos et-
iam Reges Francorum Me-
rovingicos fuisse, quamvis

fint, qui contendant, (vide
AVB. de VERTOT, diff.
de *Ampulla Rhemensi*.) nullo
argumento solido nititur.
Pipinum vero Caroli M.
Patrem hoc ritu primum
fuisse inauguratum, HADR.
VALESIVS lib. XIX. *Rer.*
Franc. AVTOR libri *de la*
Majorité des Roys de France,
aliique Scriptorum Gallici,
profitentur, pluribusque Cl.
GVNDLINGIVS in *Hen-*
rico Aucupe p. 77. adserit.
An vero Francorum Mero-
vingici & Carolingici, æque
ac veteres Germanorum re-
ges electi fuerint, an vero
jure hereditario succeffe-
rint? magis controverti-
tur, quod, ne longius di-
grediamur, nunc intactum
relinquimus, rati, argu-
menta eorum, qui posterius
asserunt, haud satis esse so-
lida & firma.

3. *Nec Regibus infinita &*
libera potestas.) Nisi quod
populorum quorundam se-
ptentrionalium Reges ad-
ductius & sine exceptionibus
imperaverint, quamvis non
supra libertatem. Vide *infr. c.*
43. & 44. Ceterum Am-
biorix

ra potestas; & Duces ⁴ exemplo potius quam imperio, si prompti, si conspicui: si ante aciem agant, admiratione præfunt. Ceterum neque animadvertere, neque vincere,

biorix Eburonum Rex Legatis Cæsaris de B. G. l. V. 27. respondit, *sua esse ejusmodi imperia, ut non minus haberet in se juris multitudo, quam ipse in multitudinem.*

Hinc Maroboduus, cum despoticum imperium affectaret, *invisum se reddidit popularibus suis.* AVTOR

Annal. II. 44. Quare nec de rebus negotiisque publicis pro arbitrio statuere poterant Germanorum Reges, sed de minoribus rebus Principes consultabant, de majoribus omnes, atque in

CONCILIIS Reges & Principes audiebantur auctoritate suadendi magis quam jubendi potestate. IDEM *infr.*

cap. XI. E quibus liquet, imperium summum apud Germanos Regibus, Proceribus & populo jam olim commune, similique fere ratione mixtum ac temperatum fuisse, quæ postea omni tempore & in hunc usque diem obtinuit.

COCCEIUS in *Jurisprud. cap. VII.* Qua vero

Reges apud Germanos, eadem & apud ceteras gentes olim fuerunt conditione, minusque illorum tum erat,

ut judicarent lites inter cives obortas, & Ducem se præberent populo in bellis

contra hostes gerendis. Certe Israelitæ Regem hisce unice de causis desiderabant,

Samueli dicentes I. Sam. VIII. 19. 20. *Rex præerit nobis, ut simus nos quoque*

sicut gentes finitimæ, ut judicet nos Rex noster, & præeat nobis in bellis nostris.

4. *Duces exemplo.*) Alia enim Ducum, Principum & Comitum olim fuit ratio,

quam secutis temporibus, & ex quo illi integras regiones cum supremo imperio, quæ recenti admodum

vocabulo SUPERIORITAS TERRITORIALIS dici solet; nacti fuerunt.

ANT. DADINVS ALTESERRA libro de *Ducibus*

bus

cire, neque verberare quidem nisi ⁵ sacerdotibus permiffum: non quasi in poenam nec ducis juffu, fed velut Deo imperante, quem

bus & comitibus. HERTIVS in Not. V. R. Fr. COCCEIVS lib. cit. c. XV.

5. Nifi Sacerdotibus permiffum.) Eorum fuiſſe, in conciliis ſilentium imperare & coercere immorigeros, AVTOR infr. c. XI. refert. De Druidibus Gallorum, quibus Sacerdotes Germanorum, niſi & nomine, munere ſaltem fuiſſe ſimiles, ESAIAS PVFENDORFIVS diſq. de *Druidibus* SCHVRTZFLEISCH. de *Vet. Druid. inſt.* docuerunt. CAESAR B. G. l. VI. 13. *Nam fere, inquit, de omnibus controverſiſ publicis ac privatis conſtituebant, & ſi quod admiſſum eſſet facinus, ſi cædes facta, ſi de hereditate, de finibus controverſia eſſet, iidem decernebant. Si quis aut privatus aut publicus eorum decretis non ſtetiſſet, ſacrificiis interdicebant, quæ poena apud eos erat graviffima. Quibus ita eſſet interdictum, ii numero impiorum ac ſcleratorum habebantur, iis omnes decedunt, aditum ſermonemque defugi-*

ebant, ne quid ex contagione incommodi acciperent. Neque iis petentibus jus reddebatur, neque ullus honos communicabatur. Iudicia itaque non ſolum in litibus & controverſiſ obortis olim Sacerdotes Germanorum exercebant, ſed & capitis ſupplicium inferebant, nulla adhuc infamiæ nota, quæ recentiori demum tempore iſti muneri acceſſit; quippe cum proximis ſeculis adhuc vel ſenator ætate minimus, vel qui noviffimus matrimonium inierat, vel in Monafteriis Fratres Laici, vel, ut ex ſententia criminali an. 1400. lata apud WEHNERVM in *obſerv. Pract.* voce *Befiehn* apparet, Accuſator ipſe, poenam capitalem executi fuerint; de quo vide pluribus *Illuſtr. THOMASIVM diſſ. de Jurisdictionis & Magiſtrat. differ. ſecundum mores Germ. §. LXXXI. KEYSLERVM l. c. p. 166. & 167.*

quem ⁶ adesse bellantibus credunt: effigiesque ⁷ & signa quædam detracta lucis in

6. *Quem adesse bellantibus credunt.*) Vnde quoque, ut bellorum eventus explorarent, captivum interceptum cum electo suorum popularium committebant, & victoriam hujus vel illius pro præjudicio accipiebant. vid. cap. X. infr. Hinc vero procul dubio factum, ut controversias privatas æque ac publicas per Duella, vulgo das Kampf: Recht, reliquerint decidendas, quibus, Cleri fraudibus, alia dein ejusdem farinae judicia, quæ ORDALIA, i. e. *magna judicia* ipsis vocabantur, per ignem ferrum candens, crucem, aquam calidam, caseum execratum accesserunt, de quibus BECMANNVS diss. de *Judiciis Divinis* GERHARDVS de *Judicio Duellico*, Illustriss. THOMASIVS diss. de *concept. ac intent. const. Crim. Carol.* §. 19. quod etsi injustum fuerit, & ab AGOBARDO, Lugd. Archiep. merito improbatum sit libello contra *damnabilem opinionem, putantium, divini*

judicii veritatem igne vel aquis, vel conflictu armorum patefieri, Operum AGOB. Edit. Baluzian. T. I. p. 301. circa bella tamen inter populos liberos, quorum Deus solus judex est, recte, si hæc ipsorum opinio fuit, ita crediderunt Germani non solum, sed & aliæ gentes, quarum hac de re sententias vide apud illustrem a COCCEIVS differt. de *justo proeliorum exitu* Vol. differt. II. No. XI. Controversias quoque inter populos liberos per duella non injuste olim fuisse decisas, existimavimus in *Dissertatione de Judicio Duellico in Controvers. publ.*

7. *Effigiesque & signa quædam detracta lucis.*) De lucis infr. cap. IX. Quid vero per effigies & signa lucis detracta intelligatur, non eadem est omnibus interpretibus opinio. Certe Deorum effigies intelligi nequeunt, quod Germani illas non toleraverint; vide cap. IX. Alii enses & tentoria,

in prælium ferunt. Quodque præcipuum fortitudinis incitamentum est, non casus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiæ & propinquitates; & in proximo pignora, unde feminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium. Hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores. Ad matres, ad conjuges vulnera ferunt: nec illæ numerare, aut⁸ exfugere plagas pavent. Cibosque & hortamina pugnantibus gestant.

CAP.

toria, quæ Germani teste POMP. MELA lib. II. cap. I. Diis dedicaverint, fuisse censent. Distinguendum esse nobis videtur inter EFFIGIES & SIGNA, atque per illas insignia Deorum, cuiusmodi fuit ISIDIS c. IX. MATRIS DEVM ab Aestiis cultæ cap. 46. intelligi, admodum verosimile est. De Aestiis enim AVTOR c. 45. „Matrem, ait, Deum venerantur. Insigne superstitionis formas aprorum gestant, id pro armis omniumque tutela securum Deæ cultorem etiam inter hostes præstat. Per SIGNA vero procul dubio Autor SIGNA militaria, imaginesque ferarum intelligit, quippe

quæ tempore pacis in Lucis securitatis causa reponi, atque bello exorto inde depromi solebant. Diserte AVTOR Hist. IV. 22. „Hinc, ait, veterum cohortium signa, inde depromptæ silvis lucisque ferarum imagines, ut cuique genti prælium iniire mos est. Forte & signa & trophæa ab hostibus reportata, in virtutis incitamentum militibus præferri curarunt. De his enim Arminius, Cheruscis adlocutus apud AVTOREM *Annal.* lib. I. 59. *Cerni adhuc, ait, Germanorum in lucis signa Romana, quæ Diis Patriis suspendent.*

8. Numerare aut exfugere.) Mallem cum Cl. GRO-

CAPVT VIII.

de

*Germanorum Amazonibus & mulieribus
Fatidicis.*

Memoriæ proditur, quasdam acies incli-
natas jam & labantes a feminis ¹ restitu-
tas, constantia precum & objectu pectorum,
& monstrata cominus captivitate, quam lon-
ge impatientius feminarum suarum nomine
timent:

NOVIO ad h. l. legere ex-
igere, pro taxare, ita, ut uxo-
res non solum numerave-
rint maritorum suorum vul-
nera, sed & exigendo illa
inter se judicaverint, quæ
majora & honestiora fue-
rint; vide quoque KIRCH-
MAIER. h. l.

1. *A feminis restitutas.*
De uxoribus Cimbrorum
FLORVS l. III. 3. *Nec, inquit,
minor cum uxoribus eorum
pugna, quam cum ipsis fuit:
quum objectis undique plau-
stris; atque carpentis, altæ
desuper quasi e turribus lan-
ceis pugnarent. Perinde spe-
ciosa mors earum fuit, quam
pugna. Nam quum missæ ad
Marium legatione liberta-
tem & sacerdotium (VESTAE*

*scil. ut salva maneret earum
pudicitia) non impetrassent,
(nec fas erat) suffocatis eli-
sisque passim infantibus suis,
aut mutui. concidere vulne-
ribus, aut vinculo e crinibus
suis facto ab arboribus ju-
gisque plaustrorum pepend-
runt. Vide quoque PLVT-
ARCH. in Mario. Amazo-
nas propterea Germanicas
haud immerito vocat KIRCH-
MAIERVS h. l. quippe vir-
tute non inferiores Amazo-
nibus illis Scythicis, de qui-
bus vid. PET. PETITVS
dissert. de Amazonibus; &
quod ad nominis attinet ra-
tionem, Cl. GUNDLINGI-
VS in Gundling. P. III. N. 3.
item MOYNE la Gallerie
des Femmes fortes.*

2. Qui-

timent: adeo ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter² obsides puellæ quoque nobiles imperantur. Inesse quin etiam sanctum aliquid, & providum putant, nec³ aut consilia earum adspernantur, aut responsa negligunt. Vidimus sub

2. *Quibus inter obsides puellæ quoque nobiles imperantur.*) Olim apud Græcos & Italos valde usitatum fuit, obsides dare puellas, notumque est exemplum Clæliæ, quæ Porsennæ Etruscorum Regi obses data a Romanis, sed custodia iterum elapsa fuit. FLOR. lib. I. c. 10. Hoc tamen, quia videbatur inhonestum, in defuetudinem postea abiit, ab Augusto vero repetitum fuit. *A quibusdam vero,* ait SVETONIUS *in Vita Augusti c. 21. novum genus obsidum foeminas exigere tentavit, quod negligere marium pignora sentiebat.* Vid. quoque AVTOREM *infra cap. XX. & de Jure circa Obsides GROTIUM de J. B. & P. Lib. III. 20. 54. SCHILTERVM Disp. de Jure obsidum.*

3. *Nec consilia earum adspernantur.*) Eadem de Cel-

tis refert POLYNAEVUS in *Stratag. lib. VII. Celtæ intestina seditione laborabant. Qui cum jam arma ad bellum sumisissent, uxores eorum se inter medias acies opponentes, crimina deprecabantur, & transfegerunt, ut viri in gratiam redeuntes litem deponerent. Et vicatim oppidatimque in posterum, si quando Celtæ consilium inveniunt de bello, de pace, aut etiam aliis, quæ communiter ad ipsos aut ad socios pertinent, singula de mulierum sententia administrantur. In foederibus igitur cum Annibale factis continetur, ne Celtæ Carthaginensibus exprobrent, Carthaginensium Hipparchos esse Judices. Neque Celtis Carthaginenses objicerent, Celtarum mulieres judicare. Vide quoque PLUTARCHVM in Lipsii Notis ad h. l.*

sub divo Vespasiano ⁴ Veledam, diu apud plerosque numinis loco habitam. Sed & olim ⁵ Auriniam, & ⁶ com-

4. *Veledam diu apud plerosque numinis loco habitam.*) Qua auctoritate hæc femina apud populos inferioris Germaniæ fuerit, patet ex Cerealis Ducis Romanorum verbis ad Batavos. *Sibi, is apud TACITVM Hist. V. 25. ait, non tributa, sed virtutem & viros indici: proximum id libertati: & si dominorum electio sit, honestius Principes Romanorum, quam Germanorum feminas (VELEDAM, de qua paulo ante) tolerari. Sed & Deam fuisse habitam, idem Scriptor discrete quoque testatur Hist. lib. IV. 61. ubi ea, ait, virgo nationis Brucceræ late imperitabat, vetere apud Germanos more, quo plerasque feminarum fatidicas & augefcente superstitione arbitrantur Deas. Tunc Veledæ auctoritas adolevit; nam prosperas Germanis res & excidium Legionum prædixerat. Eod. libro CLXV. Arbitrium, Agrippinenses dicunt, habebimus Civilem & Veledam, apud quos pacta sancientur; Atque*

sic lenitis, pergit Tacitus, Tencteris legati ad Civilem & Veledam missi cum donis, cuncta ex voluntate Agrippinensium perpetravere. Sed coram adire adloquique Veledam negatum. Arcebantur adpectu, quo venerationis plus inesset. Ipsa edita in Turre: Delectus e propinquis consulta responsaque, ut internuncius numinis portabat. Turrim hanc ad Luppix fluvium fuisse sitam, patet ex prætoria trireme, quam per illud flumen donum Veledæ hostes traxisse Tacitus refert Hist. lib. V. 22. Quo autem loco; æque difficile est definire, quam rationem nominis. Vide tamen conjecturas apud KEISLERVM p. 476. seqq.

5. *Auriniam.*) Sive *Alrunam* aut *Alirunam*, ut legendum censet Keislerus pag. 479. vocabulo juxta M. ALTINGIVM pag. 102. non proprio, sed appellativo, atque composito ex *Ull* & *Celtarum* *Ruin*, *ars*, dictam, quasi *omnium artium*

D

Deam,

6 complureis alias venerati sunt, non adulatione, nec tamquam facerent deas.

CAP.

Deam, ut Velledam a Beelweert, multæ sapientiæ feminam, similitque ratione, qua ejusmodi feminæ, weise Frauen, adhuc appellari solent. Populis imprimis Septentrionalibus solenne fuit, feminas fatidicas & magas Aliorumnas, Alirunas five Hellirunas, appellare; atque AVENT. Annal. Bojor. lib. I. 7. §. 5. de Sacerdotibus feminis inter Cimbro, erant, ait, inter illas Sacerdotes divinationis peritæ, quos patrio sermone ALIRUNAS nuncupabant.

Vide quoque JORNANDEM de *Reb. Getic.* c. 24. Sed & idem nomen *Alrunarum* *Mruinties* & vaticinandi aliæque miracula patrandi vim *Mandragoræ*, vel nescio, quibus aliis radicibus, humani corporis speciem præ se ferentibus vel in eam ab impostribus potius effectis, serioris ætatis superstitione tribuit; Literas quibus Civis Lipsiensis ejusmodi imagunculæ, Rigam in Livonia simul transmissæ, virtutem fratri suo

exponit KEYSLERVS pag. 507. exhibet, una cum figuris similis Alrunæ, quam cum ipso Nob. HEINSIVS Tribunalis justitiæ, quod Cellæ est, Secretarius olim meritissimus communicaverat, atque apud hujus filium inter cetera a parte accepta antiquitatis monumenta nos quoque vidimus. Meminit etiam NESSELYVS in *supplem. Lambec.* P. VI. duarum Alrunarum, quæ Viennæ in Bibliotheca Cæsarea inter cetera curiosa custoditæ fuerint.

6. *Et complureis alias.)* GANNÆ quoque virginis, quæ cum Velleda numine divino afflata, atque a Domitiano honoribus fuerit affecta, DIO CASSIVS lib. 67. & SVIDAS in voce *Γαννα* meminere; MENSIO autem ALTINGIVS l. c. *Gannam* appellatam, atque ita dictam fuisse censet, a vocabulo *Gaw*, Batavis *perspicax*, ein *gawes* s. *fluges Weib*. Retinet tamen KEYSLERVS lectionem

Gannæ

CAPVT IX.

de

*Germanorum Veterum Theologia atque
idololatria.*Deorum¹ maxime² Mer-

Gannæ atque nomen a Scytharum vocabulo *Rona*, i. e. femina derivandum putat. vide quoque Illustriss. EC-CARDVM in *Catechesi Theodisia* pag. 147. Apud Danos adhuc superest *KONE* femina & apud Anglos *Queen*, femina, per excellentiam *Regina*. Vaticinantem quoque *CATTAM* mulierem, cujus oraculo acquieuit *Vitellius* apud SVETONIVM in ejus *Vita* cap. XIV. *Torrentius* in *Notis* ibid. inter Germanorum feminas fatidicas referendam putat. De *JETTA* insuper ad *Nicrum* fluvium culta, aliisque pluribus id genus feminis, vid. JO. PICCARD-TVS *Antiquit.* cap. XIV. KEYSLERVS lib. cit. pag. 489. & seqq. HACHENB. *German. Med. Dissertat.* VIII. §. 22. seqq. De habitu istarum feminarum

TACITVS *Annal.* XIV. cap. 29. *Stabat, ait, pro littore diversa acies, densa armis virisque, intercurstantibus feminis in modum furiarum veste ferali, crinibus dejectis, faces præferebant.* AVENTIN. l. c. de *Alirunis* pergit, hæc incinctæ *Zonis*, nudæ pedibus, canis capillis linteaque tunica & alba veste, quæ subtus fibulis annexa erat, amittæ &c. }

1. *Deorum maxime.*) Circa Deos Germanorum omnino est observandum, quod Cl. Vir. JOH. CLERICVS *Art. Crit.* Parte II. cap. XIII. §. II. ad hunc Taciti locum monet: *Incautus, ait, lector facile crederet, hisce animadversis, Germanos eodem Deos ac quos Græci habebant, coluisse; qui si nominibus quidem differant, constare eadem fuisse Numina. Sed in eodem opere idem Tacitus testatur, Germanos aliis*

nominibus usos, nec cum vicinis ulla habuisse commercia, aut exigua, nedum cum Græcis, a quibus proinde religionem accipere non potuerant. Itaque memoratos Deos a Germanis cultos intelligendum est Interpretatione Romana, ut alibi c. 43. loquitur Tacitus, de Suevorum Religione verba faciens; Deos, inquit, interpretatione Romana Castorem & Pollucem memorant: hoc est Deos quosdam, quos Romani iudicant, eosdem fuisse ac Castorem & Pollucem. Vide etiam quæ is §. sqq. hac de re differit. Cl. KEYSLERVS lib. cit. p. 186. Romanis, ait, imprimis solenne erat, devictarum gentium numina cum suis commiscere; vel quia quicquid ubique Deorum erat, a gente orbis pene terrarum victrice coli vellent videri, unde peregrina etiam sacra Romæ plane interdicta erant; vel quia levissimis indiciis decepti revera numina sua sibi cernere videbantur; vel denique, quia lubenti animo sua interpretatione subveniebant, ut in communionem sacrorum venirent, cum populis armis subactis, quos eo facilius hac ratione jugum Romanorum ad-

missuros existimabant, probe gnari, quantam vim in vulgi animis religio habeat; Quare mirum videbitur nemini, a Romanis scriptoribus Numina Vulcani, Mercurii, Martis, Isidis, Castoris & Pollucis aliorumque tribui Germanis, quibus illa ne nomine quidem innotuerant ante. Hæc cum ita sint, atque perperam propterea faceret, qui ad Romanorum & Græcorum Deos, horumque cultum Germanorum religionem vellet exigere, parum sane ad hujus notitiam facit ELIAE SCHEDII liber de Diis Germanorum, quippe cum ille magis circa Romanorum & Græcorum, quam Germanorum Deos, atque ipsorum cultum versetur. Optandum vero esset, perfici ab illustri ECCARDO librum, quem promisit de Diis Germanorum, ut & a Cl. KEYSLERO Germaniam veterem Gentilem, cuius conspectum Exercitationi de Dea Nehalania atque Antiq. Celticis p. 297. inseruit. Qui ceteroqui de Diis Germanorum scripserunt, recensentur a Cl. FABRICIO, in Bibliogr. Ant. c. VIII. §. 16. Lectu quoque dignissima sunt, quæ OL. RVDBECK Atlantice suæ T. I. c. 27. &c. de Satur-

² Mercurium colunt, cui certis diebus humanis

Saturno, Jove, Neptuno, Mercurio, Hercule aliisque Diis apud septentrionales cultis; itemque T. II, cap. V. de *Heliolethria* erudite differit, in eo tamen nimio in patriam amore abreptus, quod existimet, cum populis omnibus *Deos quoque, ut & Heroas paganos in reliquas orbis partes ex Sueonia exiisse.* Vide ipsum T. I. c. 27. initio.

2. *Mercurium.*) Cæsar l. VI. cap. 21. *Deorum, ait, numero eos solos ducunt, quos cernunt, & quorum opibus aperte juvantur, Solem & Vulcanum & Lunam: reliquos ne fama quidem acceperunt.* Præter vero hæc numina, cum plura alia coluerint Germani, tria illa Cæsarem tantum comperisse putat CLYVERIVS lib. I. cap. 29. quod præcipua fuerint Germanorum numina, utpote sub quibus illi unum verum & æternum Deum, Patrem, Filium & Spiritum S. ejus autem solius Dei varias virtutes sub reliquis idolis coluerint. Sed Nugæ! Præcipui ac universales Ger-

manorum Dii fuerunt (1) *SUNNA* s. *FREIVS*; vid. Cl. Keisler. p. 158. cultus sub forma hominis, qui ante pectus ambabus manibus flammantem rotam tenuit juxta *SCHEDIVM* l. c. *Syngr.* IV. cap. V. Solis procul dubio symbolum, unde primus dies *Sonntag* appellatur. *GOBEL. PERS. Cosmodr.* Ætate II. c. IV.

(2) *Maan, Luna*, unde der *MAAN DAG.* *GOBEL. PERS.* ibid. (3) *TVISCO* s. *TVISTO*, quem *TROGILVS ARNCKIEL* in *Cimb. Heydenthum.* lib. I. cap. II. sub forma hominis pelle feræ bestię induti, atque sceptrum manutinentis, ut justitię præsidem cultum fuisse, tertioque hebdomadis dici nomen *Tistag, Tuisdag*, postea *Dinstag* dedisse censet. Illustris quoque *ECCARDT* in *Not. ad Leg. Sal.* pag. 21. Tacitus *Tuistonem* vocat, unde adhuc dies Martis ei dicatus, septentrionalibus *Tuisdag, Thinsdag.* Angl. *Tuesday*, (olim *Dingstag.*) nobis *Dinsdag.*

(4) OTHIN, ODIN s. WODAN, de quo P. WARNEFRIDVS de Gestis Longob. lib. I. c. 10. WODAN sane, quem adjecta litera Govodan dixerunt, ipse est, qui apud Romanos Mercurius dicitur, & ab universis Germanicæ gentibus ut Deus adoratur. GROTIUS in Proleg. ad Hist. Goth. alius, ait, ab hoc est Wodan, a woden, quod est ferocire, creditus a Germanis veteribus præsidere Paci ac Bellis Deus, quem ob duplicem potestatem latinorum alii Mercurium, alii Martem dicere maluerunt. Idem est, qui omissa litera duriore Othinus aliis scribitur. Vide quoque Cl. KEYSLERVM. d. I. p. 133. 136. 139. Ceterum ab hoc Wodan medius hebdomadis dies nobis Mittwoch, olim & adhuc apud Belgas Woensdag nomen accepit. GOB. PERS. l. c.

(5) THORON. s. THARAN, Jupiter Romanis dictus, de quo Lucanus l. I. c. 444.

*Et quibus immitis placatur
sanguine diro,
Teutates horrensque feris
altaribus Hesus,
Et TARANIS Scythicæ non
mitior ara Dianæ.*

& GROTIUS d. I. *Veteres Germani Deum Coeli non alio nomine quam Thom vocarunt, quod est Tonans etiam nunc Danis. Taranim dixit Lucanus. OL. WORMIUS Mon. Dan. lib. III. Deorum primarius Thor dictus fuit, a quo quinti septimanæ diei nomen Thorsdag ortum traxit; vid. quoque Cl. KEYSLERVM p. 1696. (6) FREA de qua GOB. PERS. l. c. dies, ait, Veneris dicebatur Sritage, unde Venus dicebatur, Dea amoris, & ut mihi videtur, salvo iudicio meliori. Venus apud quosdam Teutonicos dicta est Freige, dum adhuc gentiles erant, inde habemus adhuc verbum vulgare freyen, quod est ob copulæ carnalis amorem consensum in alium vel aliam dirigere seu ad consensum huiusmodi provocare, vel saltem consensum propalare. Ill. ECCARDTVS ad leg. Sal. p. III. Vox, ait, Germ. freyen, est matrimonium inire, nubere viro vel ducere uxorem. Proprie ergo hoc idem significare puto ac amare. Et restat in Evangelicis Gothicis Frigau eo sensu. Venus s. Dea amoris, hinc Germanis Frea, vel Fricea dicta est, unde dies Veneris*

manis ³ quoque hostiis litare fas habent :
Herculem ac Martem concessis animalibus

ris Sax. Fridag, Germ. Freydag. (7) SATAR nomine Saturnum à Germanis cultum, atque ab illo diem ultimum hebdomadis Saterdag, nomine Belgis adhuc usitato, dictum fuisse vulgo putatur; nullo autem certo testimonio, quamvis Saturnum à *ἠὺς* abscondidit, nomen suum accepisse, atque tempus absconditum designare negari forte non possit. De HERTHAE sive terræ cultu dicetur infra Cap. 40. HESVM vero cuius meminit *Lucanus* I. c. non alium esse quam Odinum s. Mercurium censet Cl. KEYSERVS pag. 139. 140. quem, si nomina reliquorum Idolorum apud Germanos tum Universalium quam Topicorum nosse cupis, vide in memorato Conspectu *Germ. Gentilis* & HACHENBERG in *Germ. Med.* Dissert. VIII.

3. *Humanis quoque hostiis.*) Mercurio, Græcis Hermetes, Deo Eloquentiæ, Mercatorum, ac reliquorum

Numinum nuncio mirum, quod humanis hostiis litaverint. Suspicio Tacitum nomine *Heerman* i. e. Martis deceptum fuisse, atque cum *Hermete*, s. Mercurio illud confudisse, ob similitudinem soni. Ejusmodi autem sacrificia Marti, *Heerman*, offerri a Germanis solita fuisse, AVTOR *Annal.* XIII, 17. testatur, ubi de bello inter *Hermunduros* & *Cattos* orto, *bellum*, ait, *Hermunduris prosperum, Cattis exitiosum fuit, quia Victores diversam aciem Marti & Mercurio sacraverunt, quo Voto Equi, Viri, cuncta victa occidioni dantur.* Vide quoque *Ann.* XIV. 29. *Lactantius lib.* I. c. 21. HESVM quem Mercurium s. Odinum esse diximus, à Gallicis humano cruore placatum fuisse scribit. Septentrionales præcipue populos Odino s. Mercurio & Marti suo, si Victoriâ largiretur, peremptorum hostium & suas animas pollicitos fuisse testatur Saxo Grammaticus Lib. VII. VIII. &

bus placant: Pars Suevorum & 4 Isidi sacrificat. Unde causa & origo peregrino sacro, parum comperi, nisi quod signum ipsum in modum Liburnæ figuratum, docet advectam religionem. Ce-

IX. Sed & alias Victimæ humanas à Germanis diis suis fuisse oblatas, vid. inf. cap. XXXIX. & pluribus exemplis ap. Cluv. G. A. Lib. I. 35.

4. Pars Suevorum & Isidi sacrificat.) Isis Osiridis Regis Ægypti soror, conjux autem Typhonis fuisse dicitur, divinis honoribus culta, quod Agriculturam atque navigationem Ægyptios primum docuerit, unde tanquam frugum Inventrix atque omnium nutritrix continuatis uberibus Corpus ejus representatur; ac navigium ejus certis diebus celebratum fuisse referunt JVL. FIRM. MATERNVS de *Errore prof. Relig.* MACROB. *Sat.* I. c. 20. & LACTANTIUS I. c. cap. XI. *Sett.* 21. Ab ejus quoque cultu in Germania herbam Eisenkraut, & Urbes Isenacum, Islebiam, Isenbergam, nomina sua ac-

cepisse ELIAS SCHEDIVS credit de *Diis Germ.* p. 155. Majorem speciem habet urna, quæ cum navi testacea juxta Lipsiam fuit reperta, atque in Amplissimi Senetus ibidem Bibliotheca adhuc asservatur. Quomodo vero Isidis cultus ad Germanos pervenerit, non eadem est doctorum Virorum sententia. CLVVERIVS G. A. libr. I. cap. 27. non demum posterioribus temporibus eam superstitionem Latinos, Græcos & Germanos ab Ægyptiis accepisse, sed jam inde à dispersione Gentium ex una Asia omnes pariter in suam quosque terram detulisse scribit. KIRCHMAIERS h. l. ab Ægyptiis ad Græcos, ab his vero Massiliam in Gallia, atque hinc tandem in Germaniam hæc sacra translata fuisse censet. BOCHART. P. II. l. I.

Ceterum nec cohibere ⁵ parietibus
deos,

c. 23. credibile putat Coloni-
am ex Ægypto & simul Ifidis sacra olim ab
Ægyptio Hercule in Germaniam
deducta fuisse, a CELLARIO propterea me-
rito notatus in *dissert. de
Initiis Cultioris Germaniæ.*
ROB. SHERINHAMIVS
de *gentis Angl. Orig.* p. 73.
per Danubii fluvium a Græcis
ad Germanos ab Osiride
advecta fuisse putat, DIOD.
SICVLI testimonio, qui
lib. I. Osiridem de rebus
a se gestis ita locutum re-
præsentat: *Sum vero Osiris
Rex, qui Exercitum duxit in
omnem regionem, neque ad
inhabitabiles Indorum ter-
ras, & ad Arctum vergentes
plagas usque ad Istri amnis
fontes.* Præterquam vero,
quod PHOTIVS *Biblioth.
Cod.* LXX. Diodori fidem
in his rebus vacillare obser-
vat, atque Ifidis etiam sa-
crorum nulla ibi mentio
fiat, omnis ille Ifidis cul-
tus apud Germanos suspec-
tus mihi est, vereorque
ne Tacitus similitudine
quadam cultus Deæ cujus-
dam apud Suevos cum Ii-

dis sacris, æque ac in aliis
Germanorum Diis descri-
bendis deceptus fuerit. Cer-
te dubius ipse hæsit, &
unde causa & Origo pere-
grino sacro, se non com-
perisse fatetur. FREAM
tamen, ut censet KIRCH-
MAIERS a Germanis cul-
tam pro Ifide a Tacito fuis-
se acceptam, mihi non vi-
detur, cum hæc a parte tan-
tum Suevorum, illa vero
ab omnibus Germanis culta
fuerit. Vero est similis Ta-
citi pro Ifide accepisse CI-
SAM, de cujus in Lusatia
aliisque Suevicis ditibus
cultu vide ABRAH. FREN-
ZELII. *Comment. de Diis
Soraborum* Cap. IX.

5. *Nec cohibere parietibus
Deos.*) Infra tamen cap. XL.
Hertham, id est Terram
Matrem fatiatam conver-
satione mortalium Deam
TEMPLIO redditam; atque
Annal. I. cap. 51. apud
Marfos profana simul &
sacra & celeberrimum illis
gentibus TEMPLVM, quod
TANFANA vocabant, solo
æquatam memorat. Ast
priori loco nemus, atque

deos, neque in ullam ⁶ humani-
oris

in specie penetrale in illo pro templo intelligendum esse, omnia quæ de Herthæ cultu ibi dicuntur, satis indicant. Vid. CLV. lib. I. c. 34. p. 287. De hujusmodi penetrali, quod sepibus solebat densari, nisi & Templum TANFANAE apud Marfos intelligendum sit, primum illud est, quod Germani ad exemplum Romanorum sub Augusto demum extruxerunt, a quibus & alias superstitiones mox receperunt. Quod vero ad rationem nominis TANFANA attinet, *Unfang* omnium rerum principium eo denotari, atque BADVHENNAM apud TACITVM *Annal.* IV. 73. idem significare a Bedou, Arabibus *initium*, existimat CLV. L. I. cap. 16. p. 222. MENSIO autem ALTINGIVS pag. 102. Deam palustrem seu Præsidentem *Paludum* significari putat, vocabulo juxta ipsum composito ex Than seu Dan Celtis *Præsides* & *feen Paludes*. Mallem vero vel a Tann, *abies* & Fan

Veteribus *Dominus* illud vocabulum derivare, atque *Dominam Nemoris* s. *Luci* exponere, pari ratione, qua per Matronas AUFANAS ab *Mue Vallis* s. pratum & *Fan* dictas, *Deas* *Campestres* intelligi ostendit Cl. KEYSLERVS p. 426. vel cum Cl. Viro, THEOD. HASAEO disquisitione eruditissima de *Leviathan Jobi* p. 115. ex TANMAGNUS & FAN *Dominus MAGNUM DOMINUM*; cujus quoque sententia ibidem circa derivationem nominis Wodan, GVODAN a GVT *bonus* & DAN *Dominus* ut & Deæ HLVDANAE a LVT *populus*, DOMINA POPVLI, valde nobis arridet. Cl. Dn. JOH. ADAM MEINDERS in *Tract. de Statu Relig. & Reipubl.* p. 124. Templum Tanfanæ putat extitisse in vi-co Borgholzhausen, loco, qui vocatur die *Dempfanne* a *Tanfana*.

6. *Neque in ullam humani oris speciem.*) More quoque & instituto aliarum antiquissimarum gentium, quæ simu-

oris ⁷ speciem adsimilare, ex magnitudine
cœlestium arbitrantur. Lucos ac nemora
consecrant; deorumque nominibus appel-
lant

simulacris Deorum destitutæ fuerunt, quod de Chaldæis testatur DIOGENES LAERT. *Proœmio*. De Romanis VARRO testatur, quod *centum & septuaginta annos Deos sine simulacro coluerint*; Laudabiliores adhuc Germani fuerunt, quod præ ceteris gentibus, quæ ab Ægyptiis tandem, ut *Diogenes Laert.* l. c. scribit, *Simulacra Deorum* didicerunt, pristini instituti tenaciores fuerint. Penates tamen Germanos habuisse, refert AVTOR cap. XV. XXV. & XXXII. de Gallis vero Cæsar lib. VI. 17. Deum maxime Mercurium colunt, hujus sunt *plurima Simulacra.*

7. *Lucos & Nemora.*) Cujusmodi celebria fuerunt SYLVA SACRA apud SEMNONES infra cap. XXXIX. CASTVM NEMVS apud REVDIGNOS, AVIONES &c. cap. XL. ANTIQVAE RELIGIONIS LVCVS apud NAHARVALOS cap. XLIII. TANFANAELVCVS. *Annal.* L. 51. BADVHENNAE LV-

CVS *Annal.* IV. 73. NEMVS SACRVM in BATAVIS *Hist.* IV. 14. LVCVS HERCVLIS *Annal.* II. 12. Quem morem sacra in Lucis peragendi olim omnibus gentibus fuisse communem pluribus refert JOH. GVIL. STVKIVS de *Sacris Sacrificiisque Gentilium*, & Cl. KEYSLERVS l. c. p. 60. & seqq. ANDR. CHRIST. ESCHENBACH de *GENTILIVM LVCIS* in *Syn- tagmate secundo* Diff. philolog. quæ Roterodami prodierunt 1700. Maxime vero annosas quercus sub quibus sacra facerent, eligere solebant, cujusmodi sacra quercus apud Prussos tantæ circuitus, ut equitem equo insidentem complexa fuerit, meminit HARTKNOCH *Rer. Pruss.* Diff. VI. De quercu Jovis, in Hassia admodum celebri, egit peculiari Differtatione Cl. SCHMINKIVS. Claudianus in *Laudibus Stil.* l. I. vers. 228. ejusmodi Luco- rum quoque his meminit,
Ut

lant secretum ⁸ illud, quod sola reverentia vident.

CAPVT

Ut procul Hercyniæ per vasta silentia sylvæ

*Venari tuto liceat LVCOS-
QVE Vetusta*

*Religione truces & ROBO-
RA Numinis instar.*

*Barbaries Nostræ feriant
impune bipennes.*

AVENTINVS Annal. Bo-

gor. Lib. III. c. I. extabant,

ait, in ripa Danubii & Ora

Germanicæ duæ vetustissimæ

quercus prodigiosæ magni-

tudinis. Millibus passum vi-

ginti distabant, altera supe-

rior, altera inferior, cogno-

minabatur. Has quoque gen-

tili Ceremonia consecravit Bo-

jus. Eo frequens populus coit

victimâsque immolavit. Boji

ubi Religionem Christianam

receperunt in templa & in

Coenobia commutarunt. U-

trumque nomen vetus servat,

ALTAICHVM QVE vo-

cari solet, quod lingua Boja

veterem quercum significat.

Respicit Aventinus ad Mona-

steria Ober: Altaich & Unter:

Altaich. Eadem ratio est Coe-

nobii Eichenbrunn in Sue-

via juxta Gundelfingen.

Zur Aich in Alsatia, Wal-

burg Cœnobii in Brisgovia

pluriumque locorum quæ

in Hayn desinunt, atque

vel à quercu vel sylvia olim

Ethnicis sacra nomen acce-

perunt. Illum vero sylva-

rum & arborum cultum se-

culo Octavo adhuc in usu

fuisse patet tum ex INDICV-

LO SUPERSTITIONVM

ET PAGANIARVM, quæ

in Synodo Liptinensi Anno

743. prohibitæ fuerunt cap.

VI. apud BALVZIVM

in Cap. Reg. Franc. T. I.

p. 150. & SAGITTARIUM

vom Heydenthumb der al-

ten Thüringer. Lib. I. c. 3.

tum ex Caroli M. Capit. de

Partibus Saxon apud BA-

LVZIVM pag. 254. & in

MONVM. PADERB, pag.

301. cap. XX.

8. Secretum illud.) Ut

quoque apud alios popu-

los. SENECA Epist. 41. si

tibi, ait, occurrit vetustis

arboribus & illa proceritas

sylvæ & SECRETVM LO-

CI & admiratio umbræ fi-

dem Numinis facit.

CAPUT X.

de

*Germanorum Sortibus, Auspiciis & Præfagiis
quibusdam.*

Auspicia fortesque, ut qui maxime, obser-
vant. Sortium consuetudo simplex: ¹ Virgam
frugiferæ arbori decifam, in furculos ampu-
tant; eosque notis quibusdam discretos super
candidam vestem temere ac fortuito spargunt.

Mox

1. *Virgam frugiferam arbori decifam.*) a Scythis, majoribus suis, apud quos simile divinationis genus obtinuit, morem istum Germani procul dubio didicerunt. De illis enim HERODOTVS Lib. IV. pag. 278. *apud Scythis*, inquit, *permulti sunt divinatores, qui pluribus Virgis salignis divinant, ad hunc modum: Grandes Virgarum fascis postquam attulerunt humi positos dissolvunt, & separatim ponentes earum singulas, vaticinantur, simulque dum hæc dicunt, virgas rursus convolvunt & singulatim in unum componunt, atque hæc illis tradita a Majoribus divinatio.* Vide quoque GROTIUM ad Ezech. XXI. 20. Eum vero Sortitionis mo-

dum Scythas pariter ac Alanos, quos eodem fere usos fuisse, Amm. Marcellus testatur lib. 31. cap. 2. ab Israëlitis accepisse credo, perversa imitatione vel BACCVLI, quo Aaron miracula in Aegypto patravit. Exod. VII. & VIII. vel potius quod H VETIVS in *Dem. Evangel.* Prop. IV. cap. 7. existimat, VIRGAE ARONIS, quæ sola floruit inter reliquas Principum Israëlitarum Virgas, ejusque divino hoc indicio ministerium approbavit, Numer. XVII. Duravit vero & hæc superstitio etiam post receptam Christianam Religionem, atque non solum in memoratis *Indiculo* cap. 14. & Caroli Magni Capitulatione de *partibus Saxonie* cap. 23.

Mox si publice consulatur ² sacerdos Civitatis; si privatim, ipse ³ pater familiæ precatus Deos, coelumque suspiciens, ter singulos tollit, sublato secundum impressam ante notam interpretatur. Si prohibuerunt, nulla de eadem re in eundem diem consultatio. Sin permissum, auspiciorum adhuc fides exigitur. Et

cap. 23. sed in SYNODO sub Carolomanno A. 742. apud BALVZIVM T. I. p. 824. & alibi passim in Capitularibus fuit prohibita. Haud vero meliores fuerunt, in quos Franci postea inciderunt, Sortes per Consultationes Sanctorum defunctorum ad ipsorum Sepulchra, itemque Sacros libros, quos precibus factis evolvere & ex primo paginae versiculo de futuro rei eventu divinare solebant; quod Carolus M. prohibuit CAPITVL. III. ad ann. 789. apud BALVZIVM T. I. p. 243. de Tabulis & Codicibus requirendis; & ut nullus in Psalterio vel in Evangelio vel in aliis rebus sortire præsumat, nec divinationes alias observare. Vide hac de re pluribus eundem Autorem in Not. l. c. & HERTIVM in Not. Vet. Regn. Franc. p. 76.

2. Sacerdos Civitatis.) Gal-

los plures habuisse Sacerdotes quos DRUIDES vocabant, atque his unum præfuisse Cæsar memorat de B. G. l. VI. c. 13. Eandem quoque rationem fuisse Sacerdotum apud Germanos, quamvis Cæsar l. IV. 21. id neget, non dubito. Vide quoque *supra* Cap. VII. & *infra* cap. XI. & XLIII. Pluribus autem de Druidibus, eorumque institutis vid. ES. PVFENDORFII *Diff. de Druidibus* in *Opusculis* ejus a. 1700. editis, VLR. OBRECHTI *Diff. de phil. Celt. Diff. acad. n. 13.* & C. S. SCHVRTZFLEISCHII *Diff. de vet. instit. Druidum, Oper. hist. polit. num. 56.*
3. Ipse Pater familiæ.) sacerdotum munere Patres familias, horumque filios maximos natu, non apud Hebræos solum, sed & alias gentes defunctos fuisse, pluribus ostendit SELDENVS de *Synedriis* lib. I. cap.

Et illud ⁴ quidem etiam hic notum, avium voces, volatusque interrogare. Proprium gentis, equorum quoque præfagia ac monitus experiri. Publice aluntur iisdem

16. p. 448. & de SUCCESSIONE IN BONA cap. V. & PONTIFICATVM lib. V. c. I.

4. *Etiam hic notum avium Voces Volatusque interrogare.*) Genus hoc divinationum, quod apud Chaldæos, Israëlitas, Græcos, Etruscos aliasque gentes in usu fuit, KIRCHMAIERS h. l. a Corvis & Columbibus, quas Noachus ad explorandas aquas emisit, derivat; vid. quoque POLYD. VIRGIL. de rer. Invent. lib. I. cap. 24. Romanis inter ceteras artes Politicas, AVSPICIA inprimis sacra habebantur, maximamque sacerdotum augurum, qui auspiciis ex *Volatu* præcipue cantuque avium capiendis erant præfecti, auctoritatem fuisse, CICERO testatur, qui de Leg. lib. II. c. XII. *Maximum, ait, & præstantissimum in Rep. jus est augurum, cum est auctoritati conjunctum. Neque vero hoc, quia sum ipse augur, ita sentio, sed quia sui existimare non est necesse.*

Quid enim majus est si de jure quaerimus quam possent a summis Imperiis & summis Potestatibus comitia tollere? Concilia vel Instituta dimittere, vel habita rescindere? Quid gravius, quam rem susceptam dirimi, si unus augur alio die dixerit? Quid magnificentius, quam posse decernere ut Magistratu se abdicent Consules? Quid religiosius quam cum populo, cum plebe agendi jus aut dare aut non dare? Quid Legem, si non jure rogata est tollere? aut etiam decreto Collegii, ut Livia Consilii Philippi Consules & Augures nihil domi, nihil foris per Magistratum gestum sine eorum auctoritate posse cuipiam probari. Credebantur videlicet aves Deorum mentem tanto melius scire, quanto ipsis essent propiores. OVID. Fast. lib. V. v. 5.

*Nam Dis, ut proxima
quæque*

*Nunc penna veros nunc
dabis ore sonos.*

Paulo

dem nemoribus ac lucis ⁵ candidi & nullo mortali opere contacti, quos pressos sacro curru sacerdos ac Rex vel Princeps civitatis

Paulo melius hac de re | *li opere contacti.*) Equos apud
 AMM. MARCEL. qui Lib. Persas Soli sacros fuisse, refert JUSTINVS Lib. I. XXI. *Auguria*, ait, *Et auspicia non volucrum arbitrio futura nescientium colliguntur, nec enim hoc vel insipiens quisquam diceret, sed volatus avium dirigit Deus, ut rostrum sonans, aut prætervolans pinna turbido meatu, vel lent futura præmonstret.* Vid. quoque VOSSIVS *Theol. Gent.* L. III. 98. Ceterum de cultu avium apud Francos Gregor. Turon. Lib. II. c. 10. *Sibi*, ait, *Sylvarum atque aquarum, AVIVM, bestiarumque Et aliorum quoque elementorum finxisse formas, ipsasque ut Deum colere eisque sacrificia delibare consuetos.* Auguria admodum quoque apud illos sero cessarunt, quippe cum in Indiculo superstitionum jam supra memorato cap. 13. & in Capitularibus Caroli Magni apud BALVZIVM Tom. I. pag. 151, 248. 370. 428. alibique passim adhuc prohibita fuerint.

5. *Candidi Et nullo mortali opere contacti.* Sophocles in *Ajace Mastig.* fabu-

Equos apud Persas Soli sacros fuisse, refert JUSTINVS Lib. I. cap. 10. ubi vide BERNEGERVM in *Notis*. In primis vero CANDIDI in maximo honore, atque Diis proprii habitus fuerunt, quod de Persis Colerus h. l. ostendit; de Castore & Polluce FLORVS lib. I. cap. II. *Ea denique*, ait, *atrocitas fuit prælii (apud Regilli lacum) ut interfuisse spectaculo Deos fama tradiderit duos in CANDIDIS Equis Castorem Et Pollucem nemo dubitavit.* JUSTINVS lib. XX. c. 3. in *Locrensum Cornibus*, ait, *duo juvenes diverso a cæteris armorum habitu, eximia magnitudine Et ALBIS equis Et coccineis paludamentis pugnare visi sunt;* PINDARVS λευκοπόδες eos vocat, atque Proserpinam ALBIS Equis in Cælum reductam fuisse memorat, PYTH. I. OLYMP. 6. Solem quoque, Auroram, atque Jovem præcipue ALBIS QVADRIGIS vehi, Sophocles in *Ajace Mastig.* fabu-

vitatis comitantur ⁶ hinnitusque ac fremitus observant. Nec ulli auspicio major fides,

fabulatur. Mirum propterea visum, atque ingratum fuisse populo Romano, quod Camillus Equis albis triumpharet, PLUTARCHVS testatur, qui in ejus vita *Curru*, ait, *Equis albis quatuor juncto, Romam ingressus & invehctus est, quod neque priorum neque sequentium Imperatorum quisquam prestitit. Sacrum enim eum currum habent tanquam Deorum Regi & Patri dicatum.* De Romulo quidem PERTIVS VI. c. 32. scribit:

Quatuor hinc ALBOS
Romulus egit equos.

Sed prolepsi, Poetarum more, ipsum uti Cl. DUCKERVS, quem honoris & pristinae amicitiae causa nominamus, docet in *Notis suis* ad Florum lib. I. cap. 5. Bulgaros quoque, Scytharum Populum, eadem superstitione imbutos atque in signo militari caudam Equi (Stoßschweiff,) more Turcis hodiernum Sacro portasse, Cl. KEYSLERVS observat in *addendis* ad scriptum laudatum librum p.

589. A populis vero Orientis cultum Equorum, praecipue alborum, Germani didicerunt; Saxones enim centum Equos niveos consecrassent SAXO GRAMMATA refert lib. VIII. atque hinc forte est, quod Principes Brunsvicensis Equo albo adhuc pro Insigni utantur. De Rugianis quoque CRANZIVS L. V. *Vandal.* Alebatur inquit, apud Rugianos Sacer Equus albus, cujus juba aut cauda pilos convellere nefarium ducebatur. Hunc soli sacerdoti pascendi insidendi-que jus erat, ne divini animalis usus, quo frequentior hoc equo Deus illorum adversus Sacrorum suorum hostes bella credebatur gerere, cujus rei praecipuum argumentum extabat, quod is nocturno tempore stabulo insidens adeo plerumque mane sudore ac luto respersus videbatur, tanquam ab exercitatione veniendo magnorum itinerum spatia percurrisset.

6. Hinnitusque) quo auspicio Darium Hystaspiden

fides, non solum apud plebem, sed apud proceres, apud Sacerdotes. Se enim ministros Deorum, illos conscios putant. Est & alia observatio auspicioꝝ, qua gravium bellorum eventus explorant. Ejus gentis, cum qua bellum est, captivum quoque modo interceptum, cum electo popularium suorum, patriis quemque armis committunt.

Vi-

dem Regem Persarum fuisse electum, est notissimum. PLINIVS H. N. Lib. VIII. 42. Equos Pugnam præſagire; atque JOBVS cap. XXXIX. 28. bellum odorari referunt. Rugiani ab Equi INGRESSV auspiciũ capiebant. *Auspicia*, pergit CRANTZIVS, l. c. per eundem Equum hujusmodi sumebantur: Cum bellum adversus aliquam Provinciam suscipi placuisset, ante fanum triplex hastarum ordo Ministrorum opera disponi solebat, in quorum quolibet hinc ex transverso junctæ conversis in terram cuspidibus figebantur æquali spatiorum magnitudine ordines dispersante, ad quos equus ductandæ expeditionis tempore solenni precatatione præmissa a sacerdote e Vestibulo productus, si propositos ordines ante dextro quam lævo pede transcenderet, faustum gerendi belli omen accipiebatur. Sin lævum vel semel dextro prætulisset, petendæ Provinciæ propositum mutabatur. Nec prius certa Navigatio præſigebatur, quam tria continua potioris incessus vestigia cernerentur. In eundem fere modum de Luticiis, Sclavorum populo, DITMARVS lib. VI. Script. Rer. Brunsvic. T. I. p. 382. Equum, ait, qui maximus inter alios habetur & ut sacer ab his veneratur, super fixas in terram duorum cuspides hastilium inter se transmissorum supplicii obsequio ducunt & præmissis sortibus, quibus id explicavere prius per hunc quasi divinum denuo augurantur, & si in duabus his rebus par omen apparet, factis completur, sin autem a tribus populis

Victoria hujus, vel illius, pro ⁷ præjudicio accipitur.

CAPUT XI.

de

*Germanorum Consultationibus ac
Dicetis.*

De^r minoribus rebus Principes consul-
tant, de majoribus omnes; ita tamen, ut
ea

pulis hoc prorsus omittitur.
Vide quoque BANGERTVM
ad HELMODI *Chron. Sclav-*
orum Cap. XII. Augurii
etiam ex Equorum STER-
CORE Indiculus superstitio-
num §. 13. meminit apud BA-
LVZIVM pag. 151.

7. *Pro præjudicio accipi-*
tur.) Ratione controversias
tum publicas, tum privatas
decidendi, inter alia OR-
DALIORVM genera, admo-
dum postea familiari. Vide
quæ ad cap. VII. ea de re
diximus.

1. *De Minoribus rebus*
Principes consultant, de Ma-
ioribus omnes.) Eodem fere
modo, quo hodiernum de Re-
bus Belli & Pacis in Co-
mitiis Imperii Univerfali-

bus, de rebus vero minoris
momenti & ad singulorum
Imperii Ordinum innoxiam
utilitatem spectantibus in pe-
culiaribus Conventibus, vel
Electorum (Churfürsten-*Ta-*
ge) vel Principum (Fürsten-
Tage) vel Comitum (Grafen-
Tage) vel Civitatum (Städte-
Tage) vel Circulorum (Creiß-
Tage) vel Conventibus pro-
vincialibus (Land *Tage*) pri-
stinæ libertatis indicio, sta-
tui solet; qua de re pluri-
bus CAPITVLAT. JO-
SEPHI *artic. VI.* & Me-
ditationes ad illum locum.
CAROLI VI. *Artic. XIII.*
in f. ill. a COCCEIVS J. P.
c. VII. XX. XIV. VITRIA-
RIVS Libr. IV. Tit. I.
& II. TITIVS in specim.

ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud Principes ² pertractentur.

Coe-

I. P. 16. cap. 7. & Jurispublici Doctores alii.

2. *Pertractentur.*) An PRAETRACTENTVR, ut cum Grotio CONRINGIVS h. l. legendum censet, perinde videtur. Morem vero illum de negotiis Imperii prætractandis in Conventibus minoribus sub Francorum Regibus quoque obtinuisse, ostendit HERTIVS in *Not. Vet. Franc. Regni* Cap. V. §. 3. Sed & postea in Electione præcipue Regis idem observatus fuit, atque vel PRAETAXATIONIS vel DELIBERATIONIS PRAEHABITAE nomine appellari solet. Quando enim Rex eligendus erat, Principes Regni tam Ecclesiastici, quam seculares inter se de Candidatis Imperii prætractabant, atque dein Sententiam suam, quem credebant eligendum, in Comitibus Populo Univerfo exponebant, qui tum sententiam Principum vel adspernabatur, vel ratam habebat; quod exemplo patet Electionis

Conradi II. five Salici, de qua WIPPO in *Vita* ejus, *Consedere*, inquit, *Principes, Populus frequentissimus adstabat. Archi-Episcopus Moguntinensis; cujus sententia ante alios accipienda, fuit rogatus a Populo, quid sibi videretur, abundanti corde, hilariter voce laudavit & elegit majoris ætatis Cunonem Junum in Dominum & Regem atque Rectorem & Defensorem Patriæ. Hanc sententiam ceteri Archi-Episcopi & reliqui Sacrorum Ordinum viri indubitanter sequebantur - - - Fit clamor Populi, omnes unanimiter in Regis Electione Principibus consentiebant.*

In hunc modum Electio peracta fuit, usque ad vulgo sic dicti Interregni magni tempora, quibus, cum Principes domi habuerint, quod agerent, factum, ut tres Imperii Archi-Cancellarii & quatuor summi Aulae Ministri, Archi-Dapifer, Archi-Pincerna, Archi-Marschallus & Archi-Camerarius soli, ut ex Urbani IV. Epistola apud

LEIB-

Coeunt, nisi quid fortuitum & subitum inciderit, ³ certis diebus, cum aut inchoatur Luna aut impletur. Nam ⁴ agendis rebus hoc auspi-

LEIBNITIVM *Prodr. Cod. Dipl. N. XIV.* liquet, Regem eligere cœperint, quibus tandem in A. B. jus electionis penitus relictum, confirmatumque fuit, ut pluribus diximus in dissert. de *Origine Electorum*. De ceteris quoque Imperii negotiis hodiernum in Conventibus statuum peculiaribus antiquo more nonnunquam prætractari solet. CONRING. de *Comitiis Imp. R. G.*

3. *Certis diebus.*) Sub Francis Comititia Calendis Martii solebant haberi, ut patet ex DECRETO CHILDEBERTI A. 595. § I. a Pipino vero ad Calendas Maji translata fuerunt, atque hinc vel CAMPVS MARTIVS vel MAIVS a Scriptoribus vocantur; vide pluribus ill. ECCARDVM ad illud decretum pag. 166. DU FRESN. *voc.* Campus; HERT. l. c.

4. *Nam agendis rebus hoc auspiciatissimum credunt.*) Itanempe a Mulieribus fatidi-

cis edocti erant. Apud CAESAREM de B. G. l. I. c. 50. *Quum, refertur, ex captivis quæreret Cæsar; quamobrem Ariovistus prælio non decertaret? hanc regerebant causam quod apud Germanos ea consuetudo esset, ut matres familias eorum sortibus & vaticinationibus declararent, utrum prælio committi ex usu esset, necne: eas ita dicere, non esse fas Germanos superare, si ante novam lunam contendissent.* PLUTARCHVS in Cæsare de illis feminis: *Ita, ait, Signa conferre antequam illuxisset nova Luna, vetabant.* CLEM. ALEXAND. de iisdem *Strom. l. I. Ea, inquit, non permiserunt, ut ipsi cum Cæsare pugnarent, antequam nova Luna illuxisset.* Druides vero vel sextam vel primam Lunam faustam habuisse ad viscum, mirabilis virtutis, e robore colligendum, testatur PLINIVS, qui lib. XVI. 44. *Non, inquit, est omittenda in ea re & Galliarum admiratio. Nil habent Druidæ*

auspicatissimum initium credunt. Nec dierum numerum, ut nos, sed ⁵ noctium computant.

(ita suos appellant magos.) Viscum & arbore in qua gignatur (si modo sit robur) sacratius, jam per se roborem eligunt lucos, nec ulla sacra sine ea fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Græca possint Druidæ videri. Enimvero quicquid adnascatur illis, a Cælo missum putant signumque esse elevatæ ab ipso Deo arboris. Est autem id rarum admodum inventum & repertum magna religione petitur, & ante omnia

SIXTA LVNA, quæ principia mensium annorumque his facit & seculi post tricesimum annum, quia jam virium abunde habent, nec fit sui dimidium. Omnia sanantem appellantur suo vocabulo sacrificiisque epulisque ritu suo arbore præparatis duos admovent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primum vinciantur. Sacerdos candida veste cultus arborem scandit. Falce aurea demittit. Candido id excipitur sago. Tum deinde victimas immolant, precantes, ut suum donum Deus prosperum faciat

his, quibus dederit. Fœcunditatem eo potu dari cuicunque animali sterili arbitrantur, contraque venena omnia esse remedio. IDEM lib. XXIV. 4. Viscum, ait, e robore præcipuum diximus haberi & quo conficeretur modo. Quidam id religione efficacius fieri putant, PRIMI LVNA collectum e robore sine ferro, si terram non attingit Comitibus mederi; Conceptum fœminarum adjuvare, si omnino secum habeant. Ulcera commanducato impositoque efficacissime sanari. In quæ loca vide pluribus differentem Cl. KEYSLERVM l. c. p. 304. & sequentibus. QUARTA e contrario LVNA HERCVLIS, qui ea natus dicitur, SIDVS appellari consuevit, atque infestum Genethliacis habitum, ansam dedit proverbio, QUARTA LVNA, i. e. ad laboriosam vitam, natum esse, de quo vid. FRENSH. ad Florum. l. I. c. 18. & 19. 5. Sed noctium.) More antiquissimo & cum Israelitis, Arabibus aliisque Orientis popu-

putant. Sic ⁶ constituunt, sic condicunt. Nox ducere diem videtur. Illud ex libertate vitium, quod non simul, nec iussi conve-

populis communis; quod initio rerum nox diem præcesserit, atque ex vespertino & matutino tempore dies facti fuerint. GENES. cap. 1. Cl. MEYERVS *Diatribæ de Festis* cap. 2. Ex Oriente istam consuetudinem acceperunt Athenienses, quos diem à nocte numerasse refert MACROBIUS *Saturn.* lib. 1. cap. 3. Romanos quoque à media nocte inchoasse diem, testatur idem l. c. & L. 8. ff. de feriis & Dilat. ubi PAVLVS more, ait, *Romano dies a media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur. Itaque quicquid in his viginti quatuor horis, id est, duabus dimidiatis noctibus, & luce media actum est, perinde est, quasi quavis hora lucis actum esset.* De Gallis CAESAR B. G. lib. VI. cap. 18. *Galli, ait, se omnes a Dite Patre prognatos prædicant, idque a Druidibus proditum dicunt. Ob eam causam spatia omnis temporis non nu-*

mero dierum, sed NOCTIVM finiunt, & dies natales & mensium & annorum initia sic observant, ut noctem dies subsequatur. De Anglis aliisque Populis Septentrionalibus idem ostendit Cl. KEYSLERVS l. c. 197. Nihil etiam frequentius est in Legibus Salicis, quam ut intervalla Causarum Civilium per noctes numerentur, vide TITVLOS XXVIII, XL, XLVIII. L. & alibi; atque hunc morem apud Germanos diu obtinuisse Illustris ECCARDVS in *notis* docet ad LL. SAL p. 74. Vide quoque GROT. de *Verit. Relig. Christ.* Lib. 1. §. 16. HERTIVM. l. c. p. 52.

6. *Sic constituunt, sic condicunt.*) Constituere proprie est, convenire cum aliquo de loco, tempore & negotio, ubi, quando & quare coeatur. TARENT. in *Eunuch. Act.* 1. Sc. 2. v. 125. *Is, ait, hodie venturum ad me* CONSTITVIT; *Concedam hic intro, atque expectabo dum* venit.

conveniunt, sed & ⁷ alter & tertius dies cunctatione coeuntium absumitur. Ut turbæ placuit, ⁸ confidunt armati. Silentium

venit. IDEM in *Hecyra Att.* I. Sc. 2. v. 120. *Et quidem ego; nam CONSTITVI cum quodam hospite me esse illum conventurum.* Atque hinc PECUNIAM CONSTITVERE dicebantur, qui pacto nudo promittebant, se id, quod vel ipsi, vel alii debebant, certo ac stato die soluturos esse; v. l. 3. ff. de *Constit. Pecun.* Condiçtio autem, juxta FESTVM, est in diem certum ejus rei, quæ agitur, denunciatio. Hinc Bellum Condiçere erat bellum denunciare, nisi certo die res redderentur. GROTIUS de J. B. & P. lib. III. cap. 3. §. 7. In causis privatis actor & reus CONDICERE dicebantur, CERTVM DIEM dicendo, quando in jus venire vellent, qui plerumque perendinus erat, unde Condiçtio illa COMPERENDINATIO appellabatur. Apud Germanos vero hæc fiebant in certam noctem.

7. *Sed & alter & tertius dies cunctatione.*) Quo de-

fectu Comitia hodie laborare & Consiliorum insuper cunctationibus Saguntum quandoque perire, experientia docet. GROTIUS lib. II. *Hist. Belg.* ad ann. 1590. *Germani, ait, Conventum indixere, ubi longa cunctatione, ut MOSGENTIS est, consilia trahendo interdum & remedia magis quam mala differebant.* Quorum vero id culpa fiat, nostrum non est definire. In Imperatores tamen solos, qui ejus cunctationis causam conjiciunt, videntur iniquiores esse. HIPPOLYTUS a LAPIDE *Rat. Stat. in Imper. Rom. Germ. P. II. c. 3. Sect. I.* & MONZAMB. de *stat. Imp.* cap. V. §. 24. ubi vide KVLPIIVM in *Notis.*

8. *Confidunt armati.*) Ad alia quoque negotia, nec minus sæpe ad Convivia eos processisse armatos *inf. cap. 22. neque publicæ neque privatæ rei, nisi armatos egisse c. 13.* AVCTOR refert; Ex quo more ritum sub SCVTO JVDICANDI, de quo

tium⁹ per Sacerdotes, quibus tum & coer-
cendi jus est, imperatur. Mox Rex vel
Princeps, ¹⁰ prout ætas cuique, prout no-
bilitas, prout decus bellorum, prout fa-
cundia est, audiuntur, auctoritate suaden-
di magis, quam jubendi potestate. Si dis-
plicuit sententia, fremitu adspernantur:
fin

L. L. SAL. Tit. XLVII. ortum fuisse cum Wende-
lino existimat sæpe lauda-
tus Ill. ECCARDVS. Vi-
de quoque supra Cap. VI.
ibique *Notas*.

9. *Silentium per Sacerdotes.*)
a quorum antiqua auctori-
tate, de qua etiam *supra*
cap. VII. factum fuisse, ut
Antistites Sacrorum hodieque in Re Germanorum
publica præcipua munia
obeant, haud immerito
censet Ill. COCCHEIUS c.
X. §. 3. atque pluribus ostendimus in *dissert. de Orig. Elect.*

10. *Prout ætas cuique &c.*)
Neque alia Ordinis inter
Imperii proceres ratio in
Comitiis ante Carolum IV.
fuit servata; sed antiquo
illo, hodieque in Conventibus
Nobilium recepto
more ejusdem Collegii
Proceres, tam Ecclesiastici

quam seculares superiorem
tenuerunt locum, prout
vel muneris, vel ætatis,
vel meritorum intuitu,
aliisque causis ceteros superarunt, nullo adhuc vel
Episcopatibus vel Principum & Comitum Territoriis & familiis nedum Civitatibus Imperii adscripto certo Præcedentiæ loco. Cum vero sacrorum Antistites primum de *prosedra* circa tempora Henrici IV. inter se contendere coepissent, horumque dein exemplo novitii Principes a tempore Frederici I. cum antiquis eodem loco haberi vellent, atque Res Imperii publica haud parum ex illis dissidiis detrimenti caperet, sub Imperatore tandem Carolo IV. in Aur. Bull. certus inter Electores ordo *Titulis III. & IV.*

fin placuit, frameas concutiunt. ^{II} Honoratissimum assensus genus est, armis laudare.

CAPVT

constitutus fuit, ubi vide Ill. à LVDWIG Commentarium, ut & ejus DIS-SERT. de *Form. March. Brandenb.* cap. V. Reliquorum vero statuum multi de præcedentia inter se adhuc dissident, non absque impedimento quandoque negotiorum publicorum Ill. a COCCEIVS J. P. cap. XX. §. 25. Ceterum cui lubet pluribus nosse controversias circa præcedentiam non solum inter Imperii R. G. status, sed & alios Principes, gentesque liberas, CRVSIUM de *Præeminentia*, ZACHARIAM ZWANZIG in *Theatr. Præcedentiæ* legat, & qui de ratione illas decidendi agunt, JAC. GOTHOFRED. de *Jure præcedentiæ*, a COCCEIVS de *præcedentia* Diff. Vol. I. CHRIST. GOTHOF. HOFFMANNVM Diff. de *fundamento decidendi* *Controversias de præcedentia*, & quos ille cap. I. §. I. recensuit autores plures alios.

II. *Honoratissimum assensus genus est armis laudare.*) Cum CIVILIS, Batavorum Dux, aciem structam ad res fortiter gerendas hortatus esset, SONO ARMORVM tripudiisque (ita illis mos) approbata ejus dicta fuisse AVCTOR ait *Hist. lib. V. 17.* De Gallis quoque CAESAR B. G. lib. VIII. 21. *Conclamat*, ait, *omnis multitudo & suo more ARMIS concrepat, quod facere in eo consueverunt, cujus Orationem approbant.* Sed & Romanos hunc ritum a Barbaris didicisse, & milites ipsorum clamore non solum, sed & armorum Concussione, assensum suum, fremitu vero & taciturnitate dissensum testatos fuisse, LIPSIVS observat de *militia Rom.* Dial. IX. & XI.

CAPUT XII.

de

*Germanorum Foro Criminali, Principibus
item ac Comitibus.*

Licet¹ apud concilium accusare quoque,
& discrimen capitis intendere. ² Distin-
ctio

1. *Licet apud Concilium ac-
cusare.*) A populo quoque
Romano crimina atrocio-
ra, Majestatis inprimis &
Peculatus, in Comitibus fuisse
judicata pluribus ex-
ponit *Sigonius de jud. lib.*
III. 2. §. 5.

2. *Distinctio poenarum ex
delicto.*) Erant delicta apud
Germanos vel graviora &
Capitalia, vel leviora & non *Ca-
pitalia*. Prioris generis cen-
debantur, quæ adversus rem
militarem, utpote Rei Ger-
manorum Publicæ rationem,
atque contra naturam ipsam
erant perpetrata; Cujusmo-
di erant Crimina *Scuti relitti*,
cap. VII. *Proditionis, De-
sertionis, hominumque effe-
minatorum & Corpore infam-
ium* turpissima vitia. Cetera
vero delicta omnia, ipsum-
que homicidium leviora
Germanis habebantur ne-

que mortis supplicio pu-
niebantur, quod forte Li-
bertati suæ id adversum esse
crediderint. Quare nec
Francorum *Legibus Salicis*
ulla crimina Capitalia fue-
runt, sed vel multa pecu-
niaria, vel fustigatione,
Castigatione & ictu lvi
potuerunt, exceptis cri-
minibus LAESAE MAIE-
STATIS, & FVRTI, quæ
Legibus Ripuariorum Tit. 69.
& 79. jam capitalia etiam fue-
runt, ut & ingenuæ fe-
minæ a puero seu servo
Regis raptæ. LL. SAL.
XIV. 6. quamvis hujus
criminis poena aliquando
fuerit remissa. MARCVL-
FI FORM. lib. II. cap. 29.
A qua vero lenitate in al-
terum extremum incide-
runt justamque poenarum
mensuram sæpius excessere-
runt Leges *Saxonum &*
Suc-

ctio poenarum ex delicto. ³ Proditores & transfugas arboribus suspendunt. ⁴ Ignavos & imbelles, & ⁵ corpore infames, coeno

Suevorum v. Cl. HOFMANNVS de *Orig. & Nat. Leg. Germ.* p. 115. & 136.

3. *Proditores & Transfugas arboribus suspendunt.*) More Scythico. Apud Saxones vero proditoribus crura fracta fuerunt. Land-Recht libr. II. art. 13. postea vero increbescente hoc crimine in quatuor partes illos fuisse dissectos, quadrigis in diversas oras actis, testatur B. RHENANVS *Rev. Germ.* lib. III. ad quam Consuetudinem provocat Carolus V. *Constitutione Criminali* art. LXXIV. ubi vide Cl. BEYERI *Posit.* & KRESSII *Commentarium*. Transfugæ & Desertores Legibus Francorum & Alemannorum, vel poena Capitali afficiebantur, bonis ipsorum Fisco addictis, vel ignominiose absque testimonio dignitatis suæ dimittebantur. HACHENB. *German. Med.* dissert IV. §. 23. Iuxta *Ord. Milit. Spir.* de anno 1570. art. XI. bona Desertorum

nullius declarantur. Hodie desertores more antiquo vel suspenduntur, vel abscissis auribus dimitti solent. Vide SCHULTZ. *Corp. Iuris Milit.*

4. *Ignavos.*) Apud Sardoas ignaviæ judicia fuisse, & qui otiose viveret, eum in iudicio rationes reddere oportuisse, & declarare, unde viveret, refert ÆLIAN. *Var. Hist.* lib. IV. c. I. ubi de utilissimo ejusmodi instituto & legibus contra ignavos etiam apud Lucanos, Ægyptios, Athenienses, Lacedæmonios, vide *Perizon.* in *Notis*. Apud Hibernos licitum fuisse mendicos ignavos castrare, ne similem sibi prolem relinquerent, refert ARNGRIM. JONAS in *Crymogea* lib. I. 7.

5. *Et corpore infames.*) His vocibus Pæderastiæ Crimen, cui Græci pariter ac Itali dediti fuerunt, alias a Tacito intelligi LIPSIUS ad h. l. censet, & recte; quippe cum eodem sensu

cceno ac palude, injecta infuper crate,
 6 mergunt. Diversitas supplicii illuc re-
 spicit, tamquam scelera ostendi oporteat,
 dum

sensu Cassium quendam Mi-
 mum CORPORE INFAMEM *Annal.* I 73. & Afrani-
 nium Quinctianum *mollitia
 Corporis infamem; Annal.*
 XV. 49. appellet. Quia ve-
 ro FABIVS QVINTILI-
 ANVS Dec. IV. *nil; dicit,
 tale novere Germani & san-
 ctius apud Oceanum vivitur,
 loco Corpore infames; LI-
 PSIVS d. l. torpore infames* substituendum putat.
 Sed notatus propterea a Sa-
 linerio; qui Germanos ante
 receptam Christianam reli-
 gionem huic Crimini quam
 maxime obnoxios fuisse, ne-
 que ab illo in totum a Fab.
 Quintiliano; sed quatenus
 a Romanis hac sceditate
 superentur, absolvi con-
 tendit; a quo etsi perpe-
 ram asseratur, flagitium hoc
 Germanis familiare fuisse,
 quippe quod cum pudici-
 tia, cui illi quam maxime
 studuerunt, id noni conve-
 niat, contigisse tamen
 apud Germanos hoc fla-
 gitium, quamvis rarissi-

me, cum Cl. Gronovio haud
 negaverim. Putat quidem
 KIRCHMAIERVS h. l. per
 illam Corporis infami-
 am quodvis vitium & præ-
 cipue ignaviam, animumque
 imbellem intelligi. Præter-
 quam vero quod Tacitus his
 verbis scdam corporis mol-
 litiem locis adductis expri-
 mat, nulla sane inter igna-
 viam & submersionis suppli-
 cium foret proportio, sed
 insigne flagitium fuisse oportet,
 quod tantam meruit
 pœnam.

6.) *Mergunt.*) Postea So-
 domitici hujus flagitii rei
 vivi combusti fuerunt, quam
 pœnam Carolus V. in *Con-
 stit. Crimin.* Articul. CXVI.
 absque ullo discrimine in-
 ter Sodomix genera confir-
 mat: laudati tamen Viri,
 BEYERVS & KRESSIVS,
 qui moribus Viros, qui cum
 brutis rem habuerunt, tan-
 tum comburi, Pæderastas
 vero gladii supplicio affici
 monent, excesserunt.

dum puniuntur, ⁷ flagitia abscondi. Sed & levioribus delictis pro modo pœnarum, equorum pecorumque numero convicti multantur. ⁸ Pars multæ Regi vel civitati, pars ipsi, qui vindicatur vel ⁹ propinquis ejus exsolvitur. Eliguntur in iisdem conciliis et ¹⁰ principes, qui jura

7. *Flagitia abscondi.*) De venere mascula Constantinus Imperator lib. 31. Cod. ad *Leg. Jul. de Adulteriis & Stupr. Scelus est, ait, quod non proficit scire.* Conf. l. 68. ff. de ritu nupt.

8. *Pars multæ Regi, vel Civitati, pars ipsi qui vindicatur.*) Sapientissime ita constitutum fuit, quia ad Injurie reparationem requiritur, ut primum læso satisfiat, præterea vero Magistratui pœna solvatur. Prius Germanis medio ævo WIDRIGILDUM a wieder, *adversus, contra,* & gild s. Geld, quia compensationis & talionis loco dabatur; posteriori vero Fredum a Friede, quia Pacis & Securitatis causa Magistratui solvebatur, vocari solebat. Vide laudatum ECCARDUM ad *Leg. Salic.* p. 34. & 97. HERT. in *Not. Vet.*

Germ. pag. 62. Ab illo autem *Widrigildo* differebat *Weregildum*, ut dicitur ad Cap. XXI.

9. *Propinquis.*) Quemadmodum l. 5. & 7. ff. ad L. Aquil. *Patri, cujus filio cervix percussa, ut oculus perfunderetur, actio L. Aquilæ datur, ad id, quod minus ex operis filii propter vitiatum oculum sit habiturus.* Econtrario etiam multa a propinquis delinquentis, si is solvendo non fuerit, præstari debuit. Vide cap. XXI. & quæ ibi dicemus.

10. *Principes.*) Respublica Germanorum administrabatur per *Reges, Duces*, de quibus cap. VII. & *Principes*, quo nomine non medius quidam, ut hodie inter *Duces & Comites*, ordo, sed *judices* intelliguntur, quos Germani a Dignitate *Wörderst* vel *Förste*, a munere autem

autem, *Graven*, a *Graw* quod *senes* fuerint, atque *Bögde* appellare solebant, scriptores vero Romani *Comites* ob aliquam cum his convenientiam eos vocant. Comitum enim nomine apud Romanos *Aulici Imperatorum* insigniti fuerunt, ex quo hi per Imperii Romani Provincias peregrinari ceperunt, unde ipsorum aula *Comitatus*, *Aulici* vero *Comitum* nomen acceperunt. Solebant vero *Comites* illi ætate provecti Provinciis regendis præponi, atque pristinæ dignitatis nomen simul retinere, ut quoque *Duces* Exercituum fecerunt, postquam Civili ejusmodi munere erant potiti. Curabant vero *Duces* in Provinciis res *militares*, ut liquet ex LL. 66. *Cod. Theodos. de Cursu Publ. L. ult. de Comit. rei milit.* *Comites* autem *Civiles*, atque imprimis justitiam. Vid. lib. 3. *Cod. de Offic. Rect. Provinc.* CASSIODORVS lib. 6. *Var. form.* Cap. 22. 23. 24. eos appellat *judices*. Et si vero ita utrique quodammodo similes fuerint Germanorum Magistratibus, atque

hi *Interpretatione Romana* a Tacito aliisque scriptoribus illorum nominibus insigniantur, Hertio tamen *Dissert. de Orig. Spec. Rer. publ. §. 2.* & aliis, qui Francos a Romanis illam Provincias suas per *Duces* & *Comites* regendi rationem didicisse existimant, ad stipulari non possumus, quippe cum Germani teste AVTORE I. c. & supra cap. VII. ejusmodi Magistratus jam olim habuerint, atque a Majoribus suis hoc Institutum acceperint *Franci*: Neque etiam alia sub his, quam illis *Ducum* & *Comitum* fuit *Conditio*. Vti enim olim, ita & sub *Francis* adhuc electi nec ad *Vitæ* semper dies constituti, *Officii* tantum nomine *Provinciis* præfuerunt; qua de re, ut & variis *GRAVIONVM* sub *Francorum* Regno generibus, *Landgrafis* videlicet, *Marggrafis*, *Raugrafis*, *Gografis*, *Burggrafis*, *Freygrafis*, *Rheingrafis* aliisque pluribus, vid. ALTESERRA *de Ducibus & Comitibus*. CONRING. *Exercit. de Ducib. & Comitib.* *Imp. Germ.* HERTIVS in *Not. Vet. Regni. Franc. c. V. II.*

jura per ¹¹ pagos vicosque reddunt.
¹² Cen-

10. & sequ. PFEFFINGERVS in Notis ad Vitriarii J. P. T. II. p. 587. & seqq.
 II. *Per pagos Vicosque.*) Diverſo harum vocum ſenſu ab hodierna illarum ſignificatione CIVITATES nempe five gentes ſingulæ in PAGOS, atque hi iterum in Centenas & VICOS erant diviſi. CAESAR B. G. lib. IV. cap. II. 3. de SVEVIS Centum, ait, PAGOS habere dicuntur. TACITVS hoc libro c. 39. DE SEMNONIBVS Centum, inquit, pagis habitantur. De Centenis Tacitus l. c. & B. RHENANVS *Rer. Germ.* lib. II. *Regiones iſtæ*, ait, per CENTENAS diſtinctæ erant, unde *Centenarii nomen*. Vid. quoque ſupra cap. VI. De vicis TACITVS cap. XVI. nullis, ait, *Germanorum populis urbes habitari notum eſt, nec pati quidem inter ſe junctas ſedes*. VICOS locant, non in noſtrum morem connexis & cohærentibus ædiſiciis. Pagi itaque integri civitatis ſ. Gentis alicujus diſtriçtus; Centenæ autem Hundredis ſimiles fuerant, in quas

Angli Comitatus ſuos, more a Germanis accepto, adhuc dividere ſolent. Vici denique villæ fuerunt, quas hodie Dörffer appellamus. Ceterum pagi Germanis dicti, atque hinc nomina Comitatum ſeu Pagorum mediæ ævi in Gau vel pro varietate Dialectum *Cau, Cauge, Cauch, Cauhinſecha, Chow, Chowa, Chowe, Cowa, Ga, Gahi, Gaha, Gaug, Gauge, Gauvinſe, Gauni, Gavia, Go, Goe. Goge, Goi, Gon, Gou, Gove, Govin, Gouloue, &c.* deſinunt, quorum multa exempla refert laudatus PFEFFINGER p. 576. & ſeqq. Ex profeſſo autem de pagis mediæ ævi ſcripſerunt MEIBOMIUS de *utriuſque Saxonice & vicinarum Regionum pagis* T. III. R. G. p. 93. FRANC. PAULINI libello de *pagis antiquæ Saxonie* in *Rer. Germ. Synt.* p. 564. ſeqq. ut & in COMMENT. de *pagis ant. Germ.* CHRIST. KNAVT. *Antiq. Pagorum & Comit. Princip. Anhalt.* Prolixum quoque iſtorum pagorum indicem exhibet CHRIST.

¹² Centeni singulis ex plebe comites, consilium simul & auctoritas adfunt.

CAPVT

JVNCKERVS, *Geogr. med. ævi*. P. II. cap. V. p. 194. usque ad pag. 297.

12. Centeni singulis ex plebe Comites.) KIRCHMAIERVS h. l. pro Centenis, *Certi*, alii *Septeni* legendum, atque Auctorem ad certos, vel septem plerumque scabinos, Schöpfen, sive *Rachimburgios*, qui Comitibus in judiciis olim assidebant, respicere putant. Horum Scabinorum & Rachimburgiorum frequens mentio fit, atque in CAPIT. III. ad ann. 803. §. 20. *exceptis*, dicitur, SCABINIS septem qui ad omnia placita præesse debent. LEG. SAL. T. VIII. §. 3. *Gravio roget* SEPTEM *Rachimburgios*; quos Scabinos postea dictos fuisse, censeat in notis *ibid. Illustr.* ECCARDVS. Pluribus vide BRVMMERVM de *Scabinis*. Non vero h. l. ad illos Scabinos, sed iudices *Centenarios* respici putamus, de quibus DUFRESNE *Gloss.* sub hac voce *Centena*, ait, *pars Comitatus aut Regionis; nam singuli Comitatus Pagi, seu Territoria & Re-*

giones dividebantur in Centenas, quibus præerant minores iudices sub Comitibus dispositione, qui a Centena CENTENARIII appellabantur. Quippe pagus Comitatus dividebatur in Vicarias, Vicaria in Centenas, Centenæ in Decanias, in quibus iudices erant Vicarii, CENTENARIII, Decani. In LEG. SAL. Tit. XLV. Tanginus, dicitur, aut Centenarius nullum indicent; ad quem locum WENDELINUS Centenas, sive Centenarios iudices vicorum vel oppidorum de plane (quos nunc habemus) Toparchas fuisse, multis probat. Quod vero ad jurisdictionem Centenariorum attinet, causas tantum minores iudicabant. In CAPITVL. Caroli M. & Ludovici Pii, l. III. c. 79. constituitur, ut nullus homo in placito Centenarii neque ad mortem neque ad libertatem suam amittendam, aut ad res reddendas vel mancipia iudicentur, sed ista in præsentia Comitatus vel Missorum nostrorum iudicentur. Et lib. IV. cap. 26. Omnis Controversia coram Centenario

CAPUT XIII.

de

Germanorum Concilio Armato, in quo novelli milites legebantur, & Gradibus Comitum.

Nihil autem neque publicæ, neque privatæ rei, nisi ¹ armati agunt. Sed arma sumere non ante cuiquam moris, quam Civitas suffecturum probaverit. Tum in ipso Concilio vel Principum aliquis vel Pater vel

definiri potest, excepta redditione terræ & mancipiorum, quæ non nisi coram Comite fieri potest. Et si igitur SCHILTERVS in Praxi juris Rom in foro German. EXERCIT. VI. §. 7. & II. haud immerito existimet, judicia hæc Centenariorum non confundenda esse cum judiciis Centgraforum, s. Cent = Gerichte, quippe quibus jurisdictio Criminalis die Höhe = und Hals = Gerichte, hodie competant, fallitur tamen, quando hæc a Decade, Zehend sive Zent ita dicta fuisse putat, cum Decurionum sive Decanorum minor adhuc, quam

Centenariorum potestas fuerit. Vero autem similis est, quod laudatus ECCARDVS existimat ad L.L. Sal. d. l. a Zamen aut Samen, congregare Samte sive Sente appellatos fuisse, quod judicia Capitalia & Criminalia a Comitibus & Assessoribus in Mallo Congregatis habita fuerint. Procul dubio vero judicia in Anglia, dicta *Hundred Cours*, originem suam traxerunt a Germanorum judiciis Centenariis. Vide SPELMAN in *gloss.* Voc. CENTENARIUS.

1. *Nisi armati.*) Vide quæ diximus ad Cap. XI. §. 5.
2. *Scuto*

vel Propinquus ² scuto frameaque juvenem

2. *Scuto frameaque juvenem ornant,*) quod fieri solebat anno ætatis ejus vigesimo, quousque impuberes habebantur filii, atque Jungen, Knaben, Buben, dicebantur. De Germanis CÆSAR Lib. VI. 21. qui, ait, *diutissime impuberes permanserant, maximam inter suos ferunt laudem, hoc ali staturam, ali vires, nervosque confirmari, putant. Intra annum vero vigesimum femine notitiam habuisse in turpissimis habent rebus.* MELLA Lib. III. cap. 3. *maxime, inquit, frigore nudi agunt antequam puberes, & longissima apud eos pueritia est.* Postquam autem solenni, quem Auctor refert, more Ordini militari erant adscripti, puberes simul habebantur, atque Kerlen, Viri, appellabantur. HACHENB. G. M. diff. IV. 4. pag. 76. Ex prisca vero hac inauguratione militari procul dubio ortus fuit mos cum per arma adoptandum equites creandi, Nitzter schlagen und wehrhafft machen. De adoptione Rex Gothorum Theodoricus in Epistola ad Herulorum Regem apud CASSIODOR. Lib. II. epist. 2. *Per arma, ait, fieri posse filium, grande inter gentes constat esse præconium, quia non est dignus adoptari nisi, qui fortissimus meretur agnosci. . . . ideo more gentium & conditione virili filium te præsentis munere procreamus.* Milites vero creabantur appposito ad latus Tyronis gladio & tribus iectibus, (qui colaphus & alapa dicuntur) humeris ejus impactis. LAMBERTVS ARDENSIS apud DU FRESN. T. I. p. 118. *Eidem, ait, Comiti in signum militiæ gladium lateri & calcarea sui militis aptavit & alapam collo ejus inflixit.* Exempla plura vide apud eundem in voc. *Cingulum militare, & Alapa.* Interdum vero sola alapa inflicta milites creabantur. MAGN. CHRON. BELGICI ad an. . 1247. *Plerique moderni temporis Patrimonii intendentes, omittunt sumtuosis solennitatibus saltem per infractum Colaphum*

neim ornant. ³ Hæc apud illos toga, hic
primus juventæ honos: ⁴ ante hoc do-
mus

*plum militarem consequun-
tur dignitatem.* Alapam vero
inflictam fuisse in memo-
riam Colaphi, quem Ser-
vator noster tulit, Rex Bo-
hemie censuit, qui Wilhel-
mum Regem electum, cum
is in militarem Ordinem re-
ciperetur, adlocutus, *memento*,
dixit, *quod Salvator mun-
di coram Anna Pontifice pro-
te colaphisatus & illusus.*

JOH. BEKA de *Episc. Ultraj.*
p. 73. Alii ejus rei originem
a Romanis, solitaque apud
illos *manumissione per vindi-
ctam* repetunt, quæ a Con-
sule, Prætoris & Procons.
facta fuit; adhibito Licetore,
qui percusso Servi capite,
eodemque in gyrum cir-
cumiacio inflictaque ALA-
PA addebat Verba: *Hunc
hominem liberum esse volo.*
v. Clariss. HEINECCIUS in
*Synt. Antiq. Rom. jurispr. Il-
lustr.* p. 113. Merito vero illi
notantur a G. BEYERO in
Spec. jur. Germ. Libr. I. c. 3.
§. 16. Vide etiam quæ ea
de re diximus in *Dissert.*
de Cingulo Militari.

3. *Hæc apud illos toga.*) ni-

mirum *Virilis, Candida, Pu-
ra,* atque *Libera,* qua Ty-
rones apud Romanos in-
duti in forum deduceban-
tur, atque Militia non so-
lum, sed & aliis in Repu-
blica muneribus obeundis
initiabantur. Quod cum
anno ætatis XVII. fieri
confuevisset, tanquam inso-
litum fuit habitum, quod
Cajo Caligulæ ob Tiberii
cunctationem tyrocinium
anno demum ætatis XX.
contigerit; vide SVET. in
ejus Vita cap. X. & XV.
Ad vero illud Tyrocinii
tempus usque pueri Roma-
norum toga utebantur *Præ-
texta.* Vide ALD. MANVT.
de *Tog. Rom.*

4. *Ante hoc domus pars vi-
dentur, mox reipublicæ.*) Per
hanc itaque inauguratior-
nem militarem, Patria
Potestas apud Germanos
olim finiebatur, pariter ac
nuptiis. HERT. in *Not. Vet.*
Germ. p. 28. 29. Solenni
vero ista probatione cessan-
te, ipso dein tempore quo
ad arma gerenda Judicio
publico apti haberi sole-
bant,

mus pars videntur, mox Reipublicæ. Insignis nobilitas, aut magna patrum merita, Principis dignationem etiam adolescentulis adsignant. Ceteris robustioribus ac jam pridem probatis adgregantur. Nec rubor inter comites adspici. Gradus quin etiam & ipse Comitatus habet, iudicio ejus, quem sectantur. Magnaque & comitum æmulatio, quibus primus apud Principem suum locus: & Principum, cui plurimi & accerrimi comites. Hæc dignitas,

bant, intra annos videlicet ætatis XVIII. & XXI. liberos Germanorum plerumque sui juris, atque munerum cum privatorum tum publicorum capaces factos fuisse, ILLUSTRIS a LUDWIG ostendit *Opusc. Miscell.* T. I. p. IIII. & P. II. p. 1143. ut & in Comment. ad A. B. P. I. p. 736. 737. Vide quoque SCHILTER. *Exercit.* XI. §. 24. 25. & 26. Morosos quoque Parentes a liberis adigi potuisse, ut e Patria potestate dimitterentur, atque hac ratione, ut & respectu ceterorum jurium in liberos, ingens discrimen fuisse inter Patriam potestatem apud Germa-

nos & Romanos, pluribus docent ILLUSTR. THOMASIVS *diff. de quasi emancipat. Germ.* & G. BEYERVS *Spec. jur. Germ.* lib. I. c. 26.

5. *Principis dignationem etiam adolescentulis assignant. (Ceteris &c.)* Si quis alius, certe hic locus variis lectionibus atque interpretationibus doctorum Virorum est obnoxius. PICHENA enim *Vocabulum dignationem* omittendum, loco autem *Ceteris* LIPSIVS, FREINHEMIVS & CONRINGIVS *ceteri* volunt legendum, ut sensus sit, adolescentulis, quorum insignis nobilitas & magna Patrum merita, Principis dignationem

tas, hæ vires, ⁶ magno semper electorum juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello præsidium. Nec solum in sua gente cuique, sed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria est, si numero ac Virtute comitatus emineat. ⁷ Expetuntur etiam legationibus, & muneribus ornantur, & ipsa plerumque fama bella profligant.

CAPVT

nem assignari; Ceteros autem, quorum non tanta Nobilitas & Patrum merita, robustioribus aggregari. Nullam vero a Tacito fieri oppositionem inter hos & illos, sed præmium & effectum probationis juvenum ipsum voluisse indicare, KIRCHMAIERS h. l. existimat, & rectius. Id enim omnino voluit Tacitus: Primum sic probatorum Juvenum honorem esse, quod patria Potestate soluti Republicæ pars posthac viderentur; deinde quod Nobilitas aut Patrum magna merita dignationem Principis adolescentulis promerentur, denique quod robustioribus & jam pridem probatis aggregarentur.

6. *Magno semper electorum juvenum numero.*) Unde GROTIUS in *Proleg. ad Hist. Goth. & Vand.* Gisbertos ac Gisericos, Duces, vult appellatos fuisse a splendido ejusmodi juvenum comitatu *Gesellenbret, Gesellenreich.*

7. *Legationibus expetuntur.*) Ut enim omnis Germanorum apparatus ad terrorem atque metum incutendum erat comparatus, ita in Legatis mittendis eos solebant eligere, qui Virtute atque ferocia eminebant. Sic e Legatis, quos Tencteri ad Agrippinenses miserunt, *ferocissimum* mandata pertulisse, refert TACITVS *Hist. libr. IV. cap. 64.*

2. *Turpe*

CAPVT XIV.

de

Germanorum Bellica Indole.

Cum ventum in Aciem, turpe principi virtute vinci, turpe comitatu virtutem principis non adæquare. Iam vero infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem

I. *Turpe Comitatu virtutem Principis non adæquare.*) Ridiculum est, quod STRUVIVS in *Synt. juris Feudalis* Originem Feudorum apud Priscos Germanos se invenisse putet, atque per Principem Dominum directum, per Comitatum vero ejus Clientes & Vasallos intelligat. Nullo enim fixo loco tum commorabantur Germani, sed prout bellandi sese offerebat occasio, sedes quærebant; Proprios quoque vix habebant agros atque arva per annos mutabant. TACIT. cap. XXVI. & CAESAR de B. G. L. VI. cap. 22. nec Principes integri alicujus territorii, ut hodie, Domini erant, sed Magistratus, electi in Conciliis, ut jura per Pagos & Vicos redderent.

Vid. supr. cap. XI. & CAESAREM lib. VI. c. 23. Etsi vero nihilominus feudorum, quam nunc habent, rationem a Germaniæ Populis, ex quo hi in Provincias Romanorum irruerunt, introductam esse cum THOMA CRAGIO lib. I. 5. SCHILT. in *Comment. ad Rubr. jur. Feud. Alem. §. 8. Illustr.* THOMASIO differt. de *Orig. Feud.* aliisque existimemus, Romanos tamen agris limitaneis, quos emeritis militibus defendendos concedere solebant, ipsis prævisse, non immerito censuerunt. JAC. GODOFR. ad lib. I. Cod. Theod. de *Terris limitaneis*, HERT. de *Feud. Oblat.* P. I. §. 2. atque Cl. GUNDLINGIVS in *Gundlingianis* P. I. Obs. I. & P. XV. Obs. II.

tem principi suo ² ex acie recessisse. Illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriæ ejus adsignare, ³ præcipuum sacramentum est. Principes pro victoria pugnant; comites pro principe. Si civitas, in qua orti sunt, longa pace & otio torpeat; plerique nobilium adolenscentium petunt ultro eas nationes, quæ tum bellum aliquod gerunt; quia & ingrata genti quies, & facilius ⁴ inter ancipitia clarescunt, magnumque comitatum non nisi vi bello-

2. *Ex acie recessisse.*) AMM. MARCEL. lib. XVI. cap. 23. de Chonodomari, Regis Alemannorum a Romanis capti, Comitibus, *Ducenti*, ait, *ejus Comites flagitium arbitrati post Regem vivere, tradidere se vincendos.* Vide etiam quæ supra diximus ad cap. VI. in fine.

3. *Præcipuum Sacramentum.*) Apud Romanos, quibus hoc AVCTOR opponit, POLYBIO teste, milites sub Republica libera Sacramento adigebantur hac formula: *Obtemperaturos se & facturos quicquid mandabitur ab Imperatoribus.* Unus vero a ceteris maxime idoneus electus jura-

bat, reliqui eundem secuti, dicebant, *idem in me.* FESTIVS in Voc. *Præjuratio-nes*, & LIPS. de *Milit. Rom.* lib. I. Dial. VI. sub Monarchia jurabant in *Salutem Cæsaris*, TACIT. *Annal.* libr. XV. cap. 67. ibique LIPSIVS. Apud Germanos vero Dux non Sacramentis, sed barbaro ritu & execrationibus milites adigebat. TACIT. *Hist. Lib. IV.* cap. 15. Quandoque etiam Dux & milites votis se obligabant, barbam & crinem se non deposituros *nisi hoste cæso.* IDEM *Hist. Lib. cit.* cap. 61. & hoc libro c. 31.

4. *Inter ancipitia.*) Nimis tamen illam Germanorum auden-

belloque tueare. Exigunt enim principis sui liberalitate illum ⁵ bellatorem equum, illam cruentam victricemque frameam. Nam epulæ, & quamquam incompti, largi tamen apparatus, pro ⁶ stipendio cedunt. Materia munificentiaë per bella, & raptus.

audentiam exaggerant Scriptores Græci & Romani, ut ex illorum testimoniis, supra cap. VI. in f. adductis, patet.

5. *Bellatorem Equum.*) quem KIRCHMAIERVS cum BERNEGGERO Q. VII. h. l. Equo equestri Nobilium nostri temporis similem quodammodo fuisse putat, atque jam inde Originem feudorum repetit; sed haud solidius, quam si ex equo publico, quo Equites Romani donabantur, usus quoque feudorum apud Romanos inferatur. Vide præterea, quæ ad initium hujus capituli notavimus.

6. *Pro stipendio cedunt.*) More cum aliis gentibus communi. De Persis enim, neque enim, scribit HERODIANVS lib. VI. *mercenario milite utuntur barbari, quemadmodum Roma-*

ni consueverunt, neque stativis castris exercitus habent, qui bellorum artibus exercentur: sed omnis multitudo Virorum, nonnunquam autem mulierem quoque Regis congregantur imperio, quæ mox bello peracto suas protinus in sedes dimittitur, ea demum præmia belli referens quæ cuique ex rapina superfuerunt. Apud Romanos anno demum U. C. 347. stipendia militibus dari coeperunt, qua de re LIVIVS libr. IV. cap. 59. *Additum, ait, tempestivo Principum in multitudinem munere, ut ante mentionem ullam plebis Tribunorumque decerneret Senatus, ut Stipendium miles de publico acciperet, cum ante id tempus de suo quisque fundus eo munere esset.* Germani tempore Carolingorum nullo adhuc conducto & mercenario milite usi fuerunt, sed liberi fundo-

rum Possessores ipsi in expeditionem ire cogebantur. In *Capit. Caroli M.* anno 812. cap. I. mandatur, *ut omnis LIBER homo qui quatuor Mansos vestitos de proprio suo sive de alicujus beneficio habet, ipse se præpararet & ipse in hostem pergat sive cum Seniore suo. Qui vero tres mansos de proprio habuerit, huic adjungatur unus, qui unum mansum habeat, & det illi adjutorium, ut ille pro ambobus ire possit. De mansis ibi vestitis, id est, agris cultis, GANGIVS v. Mansi nudi.* De antiquo autem illo militem legendi instituto, vide pluribus WENCKER. de *Pfalburg.* Disqu. 3. HERT. de *Vet. Franc. Regno* Cap. VI. §. 3. BURGEMEISTER. *Graffen und Ritter Saal* P. II. Sect. 24. p. 589. Conductitiam atque mercenariam militiam BROWERVS *Annal. Trevir.* lib. 18. ad ann. 1385. circa tempora Sigismundi & Maximiliani I. ANTON. autem MATHÆVS, in notis ad *Annal. Henrici ab Erps* T. I. *Annal. Vet. Ævi*, ætate demum Caroli V. cœpisse existimant, quibus vero adstipulari non possumus. Præterquam enim, quod Præsidarii illi milites, quos Henricus Auceps Urbibus imposuit, pagi autem e quibus lecti erant, sustentare debuerunt, mercerarii fuerint, v. WITTICH. *Annal.* lib. I. & *Illustr.* a LUDWIG *Misc. T. II.* p. 303. circa tempora Henrici VI. Imperatoris militibus stipendia ex ærario publico fuisse soluta, URSPERGENSIS testatur, qui ad annum 1194. *imperator*, ait, *C. Millia Marcarum sibi ab eodem data, fecit militibus dari in solidum.* IDEM ad annum 1202. *Philippus cum non haberet pecuniam, quibus SALARIA sive SOLDA præberet militibus, primus cepit distrahere prædia; sed & Comitibus Castrensibus non solum pro certo feudo sed & annuo stipendio Castrorum defensionem fuisse concreditam,* HERT. de *Sub. Territ.* §. 39. & *Consultiff. Vir Acad. Marpurg.* Procancell. JOH. WILH. WALDSCHMIDT, *diff. de Feudis Castrensibus* satis abunde ostenderunt. Ab illo

raptus. ⁷ Nec arare terram, aut ⁸ exspectare annum, tam facile persuaseris, quam vocare hostes, & vulnera mereri. Pigrum quinimo & iners videtur sudore acquirere, ⁹ quod possis sanguine parare.

CAPVT

illo vero tempore, quo militibus stipendia dari ceperunt, nomen ipsis inditum fuit *Soldaten*, a voce *Sold*, quam *GANGIVS* v. *Solidata* a *Solido*, pecuniæ, specie, derivat; *CLVVERIVS* autem L. I, c. 8. A. G. antiquum Vocabulum Germanicum esse censet, a quo *Soldurii* Gallorum apud *CAESAREM* B. G. lib. 3. 22. nomen jam acceperint, de quibus vide pluribus *FRISSCHIVM* diss. de *Solduriis*.

7. *Nec arare terram.*) Agris atque frugibus colendis operam dederunt Germani, quantum opus illis erat ad panem & cerevisiam; v. *infra* cap. XVI. XXIII. Agros vero an habuerint proprios, cum per annos eos mutarint, v. cap. XXVI. curam vero illorum feminis, senibusque ac infirmissimo cuique ex familia delegarunt; vide cap. XV.

8. *Aut exspectare annum.*) id est cum cura & in otio exspectare, quid hoc mensurandum sit, quid illo ferendum vel plantandum sit; qui flores, quæ legumina, quæ frumenta, qui fructus arborum aut vinearum sint exspectanda. Diferentius *AUCTOR* *infra* cap. XXVI. *arva*, inquit, *per annos mutant & superest ager, nec enim cum libertate & amplitudine soli labore conserant & prata separent & HORTOS rigent.* conf. quoque *supr.* cap. V. Nimio autem agrorum & horticulturn apud Romanos cultui hæc opponuntur, de quo vid. *GEORG. GRENI* *Comment. de Rusticationibus & Villis Vet.*

9. *Quod possis sanguine parare.*) Unde *POMP. MELA* lib. III. teste, *jus in viribus habebant, adeo, ut ne latrocinii*

CAPVT XV.

de

Germanorum desidia, Tributis & donorum acceptione.

Quotiens ^r bella non ineunt, non multum

trocinii quidem pudeat. CAESAR lib. VI. cap. 23. de Germanis: *Latrocinia, ait, nullam habent infamiam, quæ extra fines cuiusque Civitatis fiunt, atque ea juventutis exercendæ ac desidiæ minuendæ causa fieri prædicant.* Vide etiam quæ ad excusanda hæc latrocinia differit STRAVCH. diss. II. ad Tacit. cap. 3. §. 4. Certe & alios populos olim latrocinia exercuisse exemplis comprobat GROTIUS de Verit. Rel. Christ. lib. II. II. 12. p. m. 116. Quod ad reliquos Veterum Germanorum acquirendi, eaque quæ ad vitam sustentandam necessaria erant, parandi modos attinet, præter modicam agriculturam vivebant e re pecuaria, fructibusque sponte nascentibus; vid. *supr.* c. V. & *infr.* c. XXIII.

tum Venationibus cap. XV. ut &, qui Rheno ac Danubio proximi erant, Commerciis cum Romanis. Vid. *infr.* cap. XXIII. & XLI. pluribus vero laudatum STRAVCH. Dissert. II. ad Tacit. de *Modis acquirendi præscorum Germanorum.*

I. *Quoties bella non ineunt, non multum Venatibus.*) LIPSIVS, CLUVERIVS, CONRINGIVS & alii h. l. particulam negantem volunt esse delendam, quod *multum & plus*, recte sibi opponantur. Accedit quod CAESAR lib. VI. cap. 21. de Germanis, in universum, *vitam dicat Omnem in Venationibus & in studiis rei militaris consistere;* de Suevis autem lib. IV. cap. I. *multum eos in Venationibus esse referat; ferarum etiam pelles* Germanos gessisse Auctor

tum venatibus; plus² per otium transigunt, dediti fomno, ciboque. Fortissimus quisque ac bellicosissimus nihil agens, delegata domus & penatium & agrorum cura feminis senibusque, & infirmissimo cuique ex familia, ipsi hebent: mira diversi-

Auctor cap. XVII. testatur. SENECA de *Provid.* cap. 4. de iisdem in *alimentum*, ait, *feras capiunt*, quod absque frequenti venationis usu fieri non potuit. Laudatus tamen STRAVCHIVS nihil expungendum, atque sensum hujus loci esse putat: Germanos bello plus quam pace Venationibus transigere, *quod aliunde tum vix esset, unde Commeatum miles habere potuerit, quando nec pecuarice per castra, nec agriculturæ vacare licebat, nec frumentatio sufficeret, ubi agrorum cura infirmissimo cuique mandatur.* Quibus vero instrumentis Germani tum usi fuerint, incertum est; Francos Accipitribus & Sparvariis (Sperber) in Venationibus usos fuisse, liquet ex LEG. SAL. Tit. VII. cujus Cap. I. & IV. poena CXX. Den. statuitur in eos, qui

Accipitrem & Sparvarium furati fuerint. Ceterum Venationis exercitio *ali staturam, ali vires, nervosque confirmare putasse* Germanos, CAESAR lib. VI. 21. refert; nec sine causa ita eos credidisse, CONRINGIVS pluribus ostendit, *Dissert. de habit. Corp. German. causis* pag. 68. & seq. Francos non minus venationibus deditos fuisse, EGINHARDVS testatur, qui de Carolo M. c. 22. *exerceretur, ait, assidue equitando & venando, quod illi gentilitium erat, quia vix ulla in terris natio invenitur, quæ in hac arte Francis possit æquari.* Et cap. 19. *Filios, cum primum ætas patiebatur, more Francorum equitare & armis ac Venationibus exerceri fecit;* ad quæ loca vide BESSELIUM.

2. Plus per otium transigunt dediti

veritate naturæ, cum iidem homines sic ament inertiam, & oderint quietem.

³ Mos

dediti somno.) Capite quoque XII. statim AVCTOR ait, e SOMNO, quem plerumque in diem extrahunt, lavantur sæpius calida, ut apud quos plurimum hiems occupat, LAVTI CIBVM capiunt. Somnolentiam illam pariter ac ciborum genera, multum ad magna & robusta Germanorum corpora contulisse CONRINGIVS l. c. existimat. Vti vero PLINIO H. N. lib. XI. cap. 53. teste, Somno concoquere corpulentie quam firmitati utilius; ita Tacitum illam Germanorum Somnolentiam ex errore nimis extendisse, verbis exponemus ILLVSTR, THOMASII, qui, ut Germanos ab illo vitio vindicaret, Dissertatione de Hominibus propriis §. 12. in eo vero, ait, bona fide erravit Tacitus, quod putaverit Germanos, si non in venatione essent, tempus otio somno ciboque transigere; sefellit eum comparatio cum Romanorum moribus. Hi dum multa agebant, modo in curia, modo in tem-

plo, modo in Palatiis, modo in agris, modo in tabernis, modo in foro, modo in Bibliothecis, modo in Balneis, modo in Theatris, modo in popinis, modo in lupanariis, revera nihil agebant dum in his actionibus omnibus sanitatem Corporis perdebant & animum tribus furis, voluptati, ambitioni & avaritiæ immolabant. Horum nil faciebant Germani. Credo. Neque enim Curiam, neque templa, neque palatia, neque hortos, neque tabernas, nec forum, nec Bibliothecas, nec balnea nec theatra, nec popinas nec lupanaria habebant. O felices! Hoc vero Romanis erat otio transigere. Mancipia Germanica his Romanorum actionibus erant minime assueta; non delectabantur iis. Dominos suos in Curiam, balnea &c. comitantes servi Germanici somnum capiebant, dum Dominos expectarent. Sie schliefen vor langer Weile ein. Domini Romani ista mirantes, Quid vos vero facitis pacis tempore? Venamur. Quid tum? an-

non

³ Mos est civitatibus ultro ac viritim conferre Principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum, etiam necessitatibus subvenit. Gaudent finitimarum gentium donis, quæ non modo a singu-

non in curia transigitis? Minime. Nec in balneis, theatris hortis &c? Minime. Quis domus curam gerit, quis Penatium? quis agrorum? Fœminæ, Senes, infirmi. Vos autem? Quid responderent? Non aliud certe quam nihil, hoc est nihil horum, quæ vos Romani. Quid ergo Romani? Mirabantur Germanos omnia in pace per otium transigere somno ciboque: Die Serlen thun doch nichts, als daß sie fressen und schlafen. Das müssen ja wunderliche Leute seyn, mira diversitate naturæ, cum iidem homines sic ament inertiam & oderint quietem.

3. Mos est Civitatibus ultro ac viritim conferre principibus.) Vt ad Reipublicæ Conservationem tributa a Subditis solvantur, naturalis ratio postulat. Vix autem apud priscos Germanos fuerunt necessaria, quod subditi propriis sumptibus militaverint. v. cap. præced.

Principibus vero pars mulctæ cesserit, *supra* Cap. XII. Ab illo autem modo ultro quid conferendi factum, ut tributa, etsi postea necessario præstanda, *precaria* & *Bethe* fuerint appellata. CANGIVS voc. *Precaria*. BESOLD. *Thef. Pract.* voce *Bethe*. RHETIVS in *Diss. de Orbede*, Cap. I. HERTIVS *de superiorit. Territ.* §. 40. Statim vero sub initium Francorum Regni tributa exigere cœperunt. FISCO enim sivæ ararii Regii LEG. SALIC. Tit. XLVIII. & alibi passim jam fit mentio. Consistebant autem illo tempore reditus publici præcipue in VECTIGALIBVS, de quibus in Caroli M. CAPITVL. II. Anno DCCCV. c. 13. *De teloniis placet nobis ut antiqua & justa telonia a negotiatoribus exigantur, tam de pontibus, quam de navigiis seu mercatis.* Vt & in VILLIS REGIIS, ac FORESTIS DOMI-

singulis, sed publice mittuntur: ⁴ electi equi, magna arma, phaleræ torquesque. ⁵ Jam & pecuniam accipere docuimus.

CAP.

DOMINICIS v. *Hert. de Vet. Franc. Reg. c. 3. §. 38. 44. 45.*

4. *Electi Equi.*) vide quæ diximus ad Cap. VI.

5. *Jam & pecuniam accipere docuimus.*) HERODIANVS Lib. VI. cap. II. *Sunt enim, ait, Germani pecunie imprimis avidi nunquamque non auro pacem Romanis cauponantur.* Tantum videlicet jam illo tempore recesserant Germani a pristina abstinentia, quam in ipsis laudavit AVCTOR supra cap. V. ut quoque nunc de illis dici possit cum JUVENALI *Satyr. XIV. lib. V. 139.*

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. Simul vero cum amore

nummorum vitia creverunt apud Germanos, atque de illis pariter verba sunt verba LVCANI lib. I. de *Bello Pharsal.*

Namque, ut Opes nimias mundo fortuna subacta, Intulit, & rebus mores cessare secundis

Prædaque & hostiles luxum suasere rapinæ.

Non auro terrisque modus mensasque priores

Aspernata fames, cultus gestare decoros

Vix nuribus rapuere mares, fœcunda Virorum.

Paupertas fugitur, totoque arcessitur orbe

QUO GENS QUÆQUE PERIT.

CAPUT XVI.

de

Germanorum Habitationibus, & aedificandi ratione.

Nul-

Nullas Germanorum populis Urbes habitari, satis notum est, ne pati quidem inter

1. *Nullas Germanorum Populis Urbes habitari satis notum.*) De Germania magna s. Trans-Rhenana hæc intelligenda sunt. In Germania enim Cis-Rhenana Drusus primum teste Floro lib. IV. c. 12. *per Rheni ripam quinquaginta amplius Castella direxit*, e quibus nonnulla in Urbes excreverunt, Argentoratum, Nemetes, Vangiones, Moguntiacum, Coloniam Agrippinam, quarum plurimumque aliarum descriptionem exhibet CELLARIUS *Not. Orb. antiqu.* Tom. I. libr. II. capit. 3. quem & de Augusta Vindelicorum, aliisque Urbibus cis Danubium ab iisdem conditis, vide *eodem libro* cap. VII. In Germania vero Magna nullarum Urbium nec Cæsar nec Strabo meminerunt. Duorum Castellorum, quæ Drusus ad Luppia & Alifonis Confluentes & in Cattis condidit, Dio CASIUS Lib. LIV. & TACITUS *Annal.* II. 7. mentionem faciunt, de quibus v. MONVM. PADERB. *initio.* Quas vero PTOLEMAEVS recenset nonaginta amplius Urbes, Vici potius fuerunt, quippe cum intra LX. annos, qui inde a Tacito ad Ptolemæi ætatem numerantur, tot Urbes condi vix potuerint; Nec AM. MARC. etsi bella a Romanis trans Rhenum gesta describat, ullius Urbis ibidem meminerit; ut alias rationes taceam. Venedi autem sive Slavi Commerciorum causa in littore Maris Baltici Civitates Winetam, Julinum, & Acronam primum condiderunt; HARTKNOCH. de *Orig. Pom.* apud RANGON. in *Pom. Dipl.* Franci autem Regesque ipsorum initio Vicos ac Villas tantum inhabitant, nec nisi circa finem Regum Merovingicorum tam a Francis quam Saxonibus castra, atque circa illa pariter ac Palatia Regum, & Monasteria, ad quæ loca homines maxime confluere solebant, oppida condi ceperunt,

ter se junctas sedes. ² Colunt discreti ac diverfi, ³ ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Vicos locant non in nostrum morem, connexis & cohærentibus ædificiis: suam quisque domum spatio circumdat, si-ve adversus casus ignis remedium, si-ve incitiam ædificandi. ⁴ Ne cæmentorum quidem apud illos aut tegularum usus; materia ad omnia utuntur informi, & citra speciem

perunt, quæ sub Regibus Carolingicis metu Hunnorum & Normannorum, tum luxu & fastu Episcoporum, qui in villis habitare volebant, invalescentibus, aucta, ab Henrico I. vero munita magis & in meliorem ordinem redacta fuerunt, ut pluribus jam exposuerunt CONRINGIVS *dissert. de Urbibus German.* ILL. THOMASIVS *dissert. de jure dandæ Civitatis*, PFEFFING. Not. ad VITRIAR. T. II. lib. I. c. 18. Cl. GVNDLING. *de Henrico Aucupe*. Inde autem a conditis Civitatibus varii hominum Ordines priscis accesserunt, de quibus vide quæ infr. Cap. XXVI. dicemus.

². Colunt discreti,) ut adhuc in Westphalia & aliis

Germaniæ Inferioris ditionibus solent rustici.

³. Fons, campus, nemus.) unde multorum locorum nomina adhuc desinunt in Born, Bach, Feld & Wald, ut alia deinde a vicinis lucis, montibus, faxis, pascuis, trajectu &c. in Heyn, Berg, Stein, Au, Furth, quorum exempla referuntur a CLVVVERIO. A. G. lib. I. cap. VII. & XIII. STRVV. *in Synt. Hist. Germ.* *dissert.* III. §. 5.

⁴. Nec cæmentorum quidem apud illos aut tegularum usus.) Ædificia Germanorum, quia nullo fixo loco commorabantur, vilia erant. CAESAR lib. V. c. 2. *Casas*, ait, *fuisse stramentis testas*. STRABO l. VII. *Germanos*, scribit, *in casis habitare, structura*

ciem aut delectationem. Quædam loca diligentius illinunt ⁵ terra ita pura ac splendente, ut picturam ac lineamenta colorum imitetur. Solent & subterraneos ⁶ specus aperire, eosque multo insuper fimo onerant, suffugium hiemi, & receptaculum frugibus: quia rigorem frigorum ejusmodi locis molliunt: & si quando hostis advenit, aperta populatur; abdita autem & defossa, aut ignorantur, aut eo ipso fallunt, quod quærenda sunt.

CAPVT

in unum diem constantibus. HERODIANVS de iisdem libr. VII. c. *rara*, ait, *apud eosdem structura e lapide ac lateribus cœtilibus, densisque potius sylvis, quarum confixis coagmentatisque lignis quædam quasi tabernacula cœdificant.* Vid. CLVVER. I. I. c. 13.

5. *Terra ita pura ac splendente.*) KIRCHMAIERVS h. l. *qualis, inquit, hæc terræ species præcise fuerit, velim ostendat quis. Salvis aliorum ego judiciis, argillam, cretam, rubricam, calcem, gypsum similesque materias fuisse tantisper credam.* Forte & CRETA BRITANNICA adhibita fuit, quam ex Britannia a negotiatoribus

magna copia advectam fuisse ostendit KEYSLERVS *lib. cit. pag. 280. 283.*

6. *Subterraneos specus.*) Specus antiquissimum fuere habitationum genus. OVID. *Metamorph. l. 121. de argentea ætate.*

Tum primum subiere domus, domus ANTRA fuerunt. PLINIVS *Nat. Hist. VII. 56. SPECVS, ait, erant pro domibus.* JUVENALIS *Satyræ VI. initio:*

*Credo pudicitiam Saturno
Rege moratam*

*In terris, visamque diu cum
frigida parvas*

*Præberet SPELVNCA do-
mus, Ignemque Laremque.*

DIODORVS SICVLVS I. V. p. 241. de Curetibus an-

CAPVT XVII.

de

Germanorum Vestitu.

Tegumentum^r omnibus Sagum, fibula, aut
fi

tiquissimis Cretæ Insulæ incolis, eos ait habitasse *sub arboribus montium aut in vallibus, aut SPELVNCIS*; Atque hinc in antiquissimis historiis; Græcorum *Dracones*, & Gigantes ex terra nati, homines fuerunt, ex speluncis subito prodeuntes, quasi Dracones ex suis cavernis. Neque *URBEM* (עיר, unde מערה *spelunca*) quam Cainus dicitur condidisse, *GENES. IV. 17.* aliud fuisse, quam *SPELVNCAM*, haud immerito existimat *PERIZONIUS* de *Orig. Babyl.* pag. 36. Dari quoque integros hominum coetus, qui suo tempore adhuc in diversis orbis terrarum partibus sub terra habitaverint, testis *ἀποστόλων* refert *GAFARELLVS* de *Cryptis Celebrib.* Ejusmodi Specus procul dubio etiam fuerunt, *BAVMANNIANVS* Hartzicis montibus, cu-

jus descriptionem vide apud *CONRINGIVM* Tract. de *unicornu fossili*, &, qui in Westphalia prope *Suertam* in Comitatu Marcano adhuc conspiciuntur. Vide quoque de hujusmodi speluncis in Insula *MALTA BECM.* in *descript. Orbis* pag. 367.

I. Tegumen omnibus Sagum.) inde videlicet usque a finitis pueritiæ annis, quibus nudi manebant, v. *AVCTOR* h. l. qui & c. XX. *in omni*, ait, *domo nudi ac sordidi in hos artus, in hæc corpora, quæ miramur, excrescunt.* *POMPON. MELA* l. III. c. 3. *maximo*, inquit, *frigore nudi agunt, antequam puberes, & longissima apud eos pueritia est.* Conf. *supra* cap. XIII. *initio.* Neque tegumen, quod *CLVERIVS* lib. I. c. 16. *Varronis*, *Afranii*, *Hesichii* aliorumque testimoniis ex lana con-

confectum, quadrum, five quadrilaterum, densum & exteriore sua parte villosum fuisse dicit, Sagoque Romanorum militari quodammodo simile fuit, totum corpus tegebat. CAESAR lib. VI. cap. XXI. *Pellibus, ait, aut parvis Rhennonum tegumentis utuntur. magna corporis parte nuda.* Undecunque vero RHENONIS nomen acceperint, de quo eruditi disputant, id certum est Sagi illas genus fuisse, juxta ISIDOR. *Orig. lib. XIX. c. 23.* Ubi Rhonnes, ait, *sunt velamina usque ad umbilicum atque intortis villis adeo hospida, ut imbres respuant.* De Suevis quoque CAESAR lib. IV. c. I. *in eam se consuetudinem adduxerunt, ut locis frigidissimis neque vestitus, præter pelles, habeant quicquam, quarum propter exiguitatem magna est corporis pars aperta, & lavantur in fluminibus.* A Scythis autem Majoribus suis hunc pellicem habitum; procul dubio servarunt Germani. De illis enim JUSTINVS lib. II. c. 2. *Lancæ, ait, iis usus ac vestium ignotus, quanquam*

continuis frigoribus urantur, pellibus tamen ferinis aut murinis utuntur. Ceterum quam illa vestimentorum levitas ad sanitatem & robur Germanorum, æstus e contrario, qui exquisito vestitu & hypocauftis conciliari solet, ad decrementum virium fecerit, CONRINGIVS exponit *de Habitu Corp. German. causis.* De Vestitu Francorum EGINHARTVS in vita Caroli M. cap. XXIII. *Vestitu, ait, patrio, hoc est, Francico utebatur, ad corpus Camisiam lineam & feminalibus lineis induebatur, deinde tunicam quæ limbo serico ambiiebatur, & tibialia tum fasciis, crura & pedes calceamentis constringebat & ex pellibus lutrinis thorace confecto humeros ac pectus hieme muniebat, sago Veneto amittus, cujus capulus ac baltheus aut aureus aut argentus erat, aliquoties & gemmato ense utebatur, quod tamen non nisi in præcipuis festivitatibus, vel si quando exterarum gentium Legati adessent, faciebat. Peregrina vero indumenta, quamvis pulcherrima, respuebat. Pluribus vero tam de Veterum*

si desit, spina confertum. Cetera ² intecti, totos dies juxta focum atque ignem agunt. Locupletissimi veste distinguuntur, non fluitante, sicut Sarmatæ & Parthi, sed stricta & singulos artus exprimente. Gerunt & ferarum pelles, proximi ripæ negligenter, ³ ulteriores exquisitius, ut quibus nullus per commercia cultus. ⁴ Eligunt feras, & de-

Germanorum, quam Francorum vestitu agunt CLVERIVS libr. I. cap. 16. GOLDASTVS, BESSELIUS & SCHMINCKIVS ad Eginhardi jam adductum locum, HACHENBERGIVS diff. XI. de re Vestitaria Vet. Germanorum.

2. Cetera intecti.) Ita ut juxta Cæsarem libr. VI. cap. 21. tam virilium, quam muliebrium pudendorum nulla fuerit occultatio, atque mares cum mulieribus palam coierint, quod & de Massagetis, Indis & Nasamonibus refert HERODOTVS lib. I. III. & IV.

3. Ulteriores exquisitius.) CLVERIVS libr. I. 16. vult legendum: ULTERIORES negligenter, proximi ripæ exquisitius: sed male; quia Tacitus de pellibus loquitur, quas ulteriores

gerabant Hermelinas, Marturinas, aliasque exquisitiores. Præcipue vero Germanorum Reges ejusmodi pellibus se ornarunt, atque pelliti, vel pelligeri propterea appellantur a SID. APPOLLINARI VII. 223. Epist. lib. VII. 9. FORTVNATO libr. IX. poem. V. De Carolo M. EGINHARDVS l. c. & ex pellibus, ait, Lutrinis vel murinis (juxta codicem Reuberianum) thorace confecto humeros ac pectus hyeme muniebat. Inde vero procul dubio factum, ut pelles Hermelinæ Principibus olim propriæ atque in Electoralis Dignitatis Insigne assumptæ fuerint, quod Illustris a LVDWIG jam observavit diff. de Formula March. Brand. cap. IX. f. Opusc. Miscell. T. I. pag. 258.

4. Eli-

detracta velamina spargunt maculis, pellibusque belluarum, quas ⁵ exterior Oceanus, atque ignotum mare gignit. Nec alius feminis, quam Viris habitus, nisi quod feminæ sæpius lineis amictibus velantur, eosque ⁶ purpura variant, partemque vestitus

4. *Eligunt feras & detracta velamina spargunt maculis.*) Sunt quoque hæc & sequentia verba variis lectionibus & Interpretationibus obnoxia. Pro maculis enim LIPSIUS *mastrucis*, pro eligunt ACIDALIUS *figunt*, idemque in fine quid deesse, atque *vel vestuntur* vel *ornantur* addendum censet. Rectius vero nihil mutandum esse, CONRINGIUS alique existimant, atque mens Auctoris est, Germanos duos habuisse Vestium versicolorum genera, quorum alterum maculis diversorum colorum sparsum, alterum vero e segmentis diversarum pellium fuerit consutum. Adeo enim populi septentrionales varietatem colorum in vestitu amarunt, ut Britanni ipsam cutem suam variis animalium figuris notaverint; v. CLVVE-

RIVS cap. XVI. p. 134. atque de tinctis Ariorum Corporibus AVCTOR. infr. cap. XLIII.

5 *Quas exterior Oceanus atque ignotum mare gignit.*) Canes marinos atque pisces, e quorum cute vestimenta confecerint quidam intelligunt, atque Lipsius propterea apud Iustinum l. c. pro *murinis* legit *marinis*. Cum vero ejusmodi corium ad indumenta parum sit aptum, per *exteriorem Oceanum & ignotum mare*, extrema potius terrarum, juxta mare Balthicum, Russiam aliasque ditiones intelligendas, censeo, unde Hermelinas, murinas, & Zobelinas pelles acceperint, atque ex consutis illarum segmentis vestes diversi coloris fecerint.

6. *Purpura variant.*) Purpuram

tus superioris in manicas non extendunt, nudæ brachia ac lacertos: sed & proxima pars pectoris patet.

CAPVT XVIII.

de

Germanorum Matrimoniis ac Dote.

Quamquam severa illic matrimonia, nec ¹ ullam morum partem magis laudaveris. Nam prope ² soli barbarorum singulis

puram marinam, quam PLINIUS lib. XVI. 18. & BOCHARTUS *Hieroz* P. II. L. IV. IX. X. & XI. describunt, Germanis cognitam fuisse, haud credibile est. Præter illam vero, cujus tinctura jam diu ita desideratur, ut spes eam reparandi non supersit, factitiæ purpuræ, quo hodierna quoque purpura ex Cochenilla referri debet, species nonnullas ex herbis & floribus recenset BOCHARTVS l. c. cujusmodi, vel animalium sanguinem, purpuram Germanorum fuisse opinor.

¹. *Nec ullam morum partem magis laudaveris.*) Dum

Romani pariter ac aliæ gentes stupris, adulteriis pæderastiæ aliisque fœdis libidinibus se polluerent. GROT. de *Verit. Relig. Christ.* lib. II. c. 13.

². *Soli Barbarorum.*) Hoc nomine Græci omnes populos appellarunt, qui lingua Græca haud utebantur, unde Græcis Barbari opponuntur a Paulo Ep. ad *Rom.* I. 14. PLAVTUS in *Prolog. Afin.* X. II. *Marcus*, ait, *vortit barbare* i. e. Latine; Eidemque in *Captiv.* Act. 3. Se. I. *Lex Latina* vocatur *Barbara*. Romanis Scriptoribus vicissim Barbari omnes appellabantur populi, qui latine haud loquebantur

tur vel imperio ipsorum non fuerunt subiecti. In LEG. SAL. Tit. XVI. §. 2. XLIV. §. 1. alibique passim Romanis, *Francus & Barbarus* opponuntur atque per illos Gallos, qui Rusticam Romanam loquebantur, per istos Francos in Gallia, per hos autem Germanos, qui lingua Theotisca utebantur, in specie intelligendos esse censet sæpe laudatus EC-CARDUS ad Tit. XVI. Vide quoque CANGIUM v. *Barbarus*. Quod vero ad consensum Gentium in Polygamiam feminarum attinet, GROTIUS de J. B. & P. lib. II. c. 5. II. 19. de *Verit. Relig. Christ.* lib. II. c. 13. & præter alios, qui poligamiam scriptis propugnarunt, studiose inprimis testimonia congescit DAPHNAEVS ARCVARIVS sive, qui sub hoc conficto nomine latet, LAURENTIUS BEGERVS, Caroli Ludov. primum Electoris Palatini, dein Friderici I. Regis Prussiae Antiquarius, in *Consideratione matrimoniali & Polygamia*, seu libro A. MDCLXXIX. germanice edito, *Betrachtung vom*

heiligen Ehestand, Ehebruch, Ehescheidung und viel Weiber nehmen; cui præcipue Cl. JOH. MEIERVS librum suum opposuit de UXORE CHRISTIANA. Apud Romanos de pluribus uxoribus ducendis in Senatu actum, & cum Papyrius matri id retulisset, seditio-nem ab hac motam fuisse, GELL. lib. I. 23. & ex illo MACROB. Sat. I. lib. 1. 6. referunt, multisque confirmare studet BAYLIUS Diction. voc. *Papyrius*. Sed fabulum esse, POLYBIUS lib. III. 20. innuit, atque III. THOMAS. ostendit de *Navis jurispr. Rom.* Thes. I. Helvium dein Cinnam, Tribunum. Pleb. jussu Cæsaris Polygamiam voluisse introducere, sed irrito successu, SVETON. in *vita* Julii Cæsaris cap. 52. testatur. Et si vero duas uxores habuerit Antonius, v. Plutarchus in ejus Vita, atque Valentinianus junior legem tulerit, ut liceret cuivis viro duas uxores ducere, juxta NICEPH. *Hist. Eccles.* II. 53. SOCRAT. *Hist. Eccles.* IV. lib. nullam tamen hæc Sanctio vim habuit.

lis uxoribus contenti sunt, ³ exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur. ⁴ Dotem non uxor marito, sed uxori maritus

3. *Exceptis admodum paucis,*) exemplo Ariovisti, quem duas Uxores duxisse, alteram Suevam, alteram Noricam, CAESAR de B. G. lib. I. 13. testatur. Frequentiora sub Francis exempla occurrunt Concubinarum, quæ uxoribus superinductæ fuerunt. Pipinus enim Crassus præter legitimam Conjugem, Plectrudem, in concubinato habuit Alpaidem, atque ex illa Carolum Martellum successorem suum in dignitate Majoris Domus genuit. ANNVL. FVLDENSES A. 715. Arnulphum Imperatorem Carolomanno ex Concubina natum fuisse, ANNALES METENS. 880. REGINO lib. II. testatur. Cum vero circa illa tempora matrimonium cœperit haberi Sacramentum, Polygamix atque Concubinitus a Pipino, Carolo M. Ludovico Pio & Lothario in Capitul. ipsorum prohibita fuerunt. Baluz. T. I. p. 540. 962. sed tantum sub multa pecuniaria. Certe toleratum adhuc fuisse Concubinatum, liquet ex CAPITVL. lib. VII. 59. Quæ vero ejus ratio fuerit sequentibus temporibus, vide apud illustrem Thomassium Dissert. de *Usu pratico Institutionum de Nuptiis.*

4. *Dotem non uxor Marito, sed Uxori Maritus offert.*) Apud Romanos, quibus hæc opponit Autor, Uxor Marito offerebat dotem, de cujus ratione vide pluribus Cl. PERIZ, in dissert. ad leg. *Voconiam.* FRANC. BALD. in *Comment.* ad eandem legem, Cl. HEINECCIUM *Antiqu. Rom. Synt.* lib. II. 8. Illum vero morem Veterum Germanorum retinuerunt ipsorum posterii. In LEG. RIPVARIORVM Tit. XXXVII. I. *Si quis, dicitur, mulierem desponsaverit, quicquid*

quid ei per tabularum s-
chartarum instrumenta con-
scripserit; perpetualiter in-
convulsum permaneat. Instru-
menta chartarum erant li-
belli dotis, quorum variaz
formulæ exhibentur a MAR-
CVLFO lib. II. 15. & ap-
pend. 37. JACOB. SIR-
MONDO *Form. Vet.* c. 14.
& alibi passim apud BALV-
ZIVM T. II. Lex Burgun-
dion. T. XII. §. 3. Si puella
sua sponte expetierit virum,
& domum illius venerit, &
ille se cum illa miscuerit, nu-
ptiale pretium in triplum sol-
vat. Tit. XXXIV. Si quis
uxorem suam sine causa dimi-
serit, inferat ei alterum tan-
tum, quantum pro pretio ipsi-
us dederat. CANGIVS v.
pretium nuptiale, & dos. De
eadem consuetudine, apud
Francos, Saxones, Aleman-
nos & Bajuarios, Longo-
bardos, aliosque populos
Septentrionales ab Orienta-
libus populis recepta, vi-
de SCHILTER. *Exer-*
cit. XXXVI. 68. & se-
quent. Præter vero Dotem,
quæ et Dotalitii, Mundi
& Metæ nominibus venit,
novus maritus uxori post
primam noctem aliquid

donabat, quod *Morgengaba*
dicitur atque a dote distingui-
tur. LEX PIPVARIORVM
Tit. XXXVII. Si autem per
seriem scripturarum ei uxor
nihil contulerit, si virum su-
pervixerit, quinquaginta so-
lidos in dotem recipiat, &
tertiam partem de omni re,
quam simul collaboraverint,
sibi studeat vindicare, vel
quicquid ei in MORGENGA-
BA traditum fuerat, simili-
ter faciat; ad quod caput
vide ea de re pluribus Cl.
Virorum Baluzii & Eccardi
eruditas notas. MORGEN-
GABAE in matrimoniis
personarum Illustrium, in
Saxonia præcipue, adhuc lo-
cus est; Dos vero illa, ex quo
post receptum in Germania
jus Romanum ab Uxore Mari-
to dos offerri cæpit, *Donatio*
propter nuptias vocatur, præ-
ter quam Uxori a Marito
dotalitium hodie in familiis
illustribus constitui solet.
v. COCCEI. *J. P.* c. 28. Cete-
rum consuetudo illa Virgines
muneribus & dote, ceu pre-
tio quodam emendi, apud ali-
as quoque gentes viguit. Af-
syrios & Babylonios virgines
conjugio maturas in civita-
tem aliquam duxisse, earum-
que

ritus offert. ⁵ Interfunt parentes & propinqui; ac munera probant: Munera non ad delicias muliebres quæfita, nec quibus nova nupta comatur; sed boves & frenatum equum, & scutum cum framea gladioque. In hæc munera uxor acci-

que mercatum palam denuntiasse, & quam quisque emerit, sponsam abduxisse, AELIANVS *Var. Hist.* lib. IV. cap. I. ex *Versione* Cl. PERIZONII refert, quem de eodem more apud alios populos recepto, vide in *Notis* ibid.

5. *Interfunt Parentes & Propinqui.*) quorum Consensus ad legitimum matrimonium apud Germanos olim necessarius fuit, v. CAPITVLARIVM lib. VII. c. CCCCLXIII. quod propter varios ritus nuptiales integrum adscribemus. *Decretum est, ut Uxor legitime Viro jungatur, aliter enim legitimum, ut a Patribus accepimus & a Sanctis Apostolis eorumque Successoribus traditum invenimus, non sit Conjugium nisi ab his, qui super ipsam foeminam dominationem habere videntur, & a quibus custoditur, uxor petatur, & a PARENTIBVS propin-*

quioribus SPONSE TVR, & legibus dotetur, & suo tempore SACERDOTALITER, ut mos est CVM PRECIBVS & OBLATIONIBVS, a Sacerdote benedicatur, & a PARANYMPHIS, ut Consuetudo docet, custodita & sociata, a proximis, quæ tempore congruo petita legibus detur & solenniter accipiatur. Et bi-duo vel triduo ORATIONIBVS vacent & castitatem custodiant, ut boni soboles generentur & Domino suis in actionibus placeant. Taliter enim & Domino placebunt & filios non spurios sed legitimos & hereditabiles generabunt. LEX WESIGOTH. lib. III. c. I. *Si quis puellam cum VOLUNTATE PATRIS aut aliorum PROPINQVORVM Parentum, quibus ex lege huiusmodi Potestas tribuitur, sponsatam habuerit, & ipsa puella contemnens voluntatem Parentum ad alium tendens Parentibus contradicat, ut illi*

non

accipitur.⁶ Atque invicem ipsa armorum aliquid marito affert. Hoc maximum vinculum, hæc arcana sacra, hos ⁷ conjugales deos arbitrantur. Ne se mulier extra Virtutum cogitationes, extraque bellorum casus putet, ⁸ ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur, venire se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem in proelio passuram aufuramque. Hoc juncti boves, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant.

non detur, cui a Parentibus fuerit pacta; hoc ita eam nullo modo facere permittimus; & c. II. Adeoque a die latæ hujus legis decernimus, ut cum inter eos, qui desponsandi sunt, sin inter eorum Parentes aut fortasse propinquos profiliorum nuptiis coram testibus præcesserit definitio, & ANNVLVS arrharum nomine datus fuerit vel acceptus, quamvis scripturæ non intercurrant, nullatenus promissio violetur, cum qua datus est annulus & definitio facta coram testibus. Vid. quoque LEG. ALEM. Cap. LIV.

6. Atque invicem ipsa armorum aliquid viro affert,) & pecudum procul dubio, unde illud munus in Legibus antiquis FADERFIVM, Water-Bieh, vocari solet. CANGIVS in v. FADERFIVM, & SCHILTERVS

cit. diff. §. 68. De Gallis tamen CAESAR de bell. Gall. lib. VI. c. 19. viri, ait, quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex suis bonis, æstimatione facta, cum dotibus communicant, hujus omnis pecuniæ conjunctim ratio habetur, fructusque servantur, uter eorum vita superarit, ad eum pars utriusque cum fructibus superiorum temporum pervenit. Valde hæc cum nostris moribus circa dotem, donationem propter nuptias, & dotalitiam conveniunt.

7. Hos Conjugales Deos.) De Diis Conjugalibus apud Romanos, Jove, Junone, Venere, Suada, Diana, Hymenæo, Jugatino, Manturna & aliis, eorumque cura circa nuptias, v. STRVV. Ant. Rom. Synt. p. 157.

8. Iphis incipientis matrimonii

tiant. Sic vivendum, sic pereundum. Accipere se quæ liberis inviolata ac digna reddat, quæ nurus accipiant, rursusque ad⁹ nepotes referant.

CAPUT

nii auspiciis admonetur.) Ritus nuptiales Germanorum initio simplices fuerunt, quibus vero postea accesserunt plures. SPONSALIA celebrabantur, CONSENSU PARENTVM vel propinquorum DOTE a Marito constituta per LIBELLUM DOTIS, ANNULO PRONUBO, presentibus TESTIBVS; Nuptiæ autem ipsæ fiebant Sponsæ ad templum DEDUCTIONE a PARANYMPHIS, sub quorum CUSTODIA fuerat, & Parentibus ac Propinquis, BENEDICTIONE SACERDOTALI, CONVIVIO NUPTIALI aliisque pluribus Ceremoniis, de quibus v. not. præc. & PAUL. HACHENBERG. Dissert. V. de Nupt. Vet. German. 9. Ad nepotes referant.) Ad supellestem militarem seu res Expeditorias procul dubio respicitur, quæ ex hæreditate filiis, vel si nulli adsint proximis agnatis nomine HEERGEWETTAE cedunt, dum utensilia sive ornamenta muliebria, & res quotidiani in familia usus viduæ, vel proximis cognatis cedunt nomine GERADAE. Certe Heergewettæ simile quid jam obtinuit apud Tencteros, de quibus Auctor infr. cap. XXXII. Tencteri, ait, super solitum bellorum decus, equestris disciplinae arte præcellunt. Nec major apud Catos peditum laus quam Tencteris Equitum. Sic instituere Majores, posteri imitantur. Hic lusus Infantum, hæc juvenum æmulatio, perseverant senes. Inter familiam & Penates & jura Successionum equi traduntur, EXCIPIT FILIVS, NON UT CETERA, MAXIMVS NATV, sed PROVT FEROX ET MELIOR. Diserte vero expeditoria & utensilia distinguuntur, atque illa filiis, hæc feminis attribuuntur, Legibus Anglorum & Werinorum Tit. VI. cap. V. verbis: *ad quemcunque hæreditas terræ pervenerit, ad illum VESTIS BELLICA id est Lorica & ULTIO proximi & solutio feudi debet pertinere;* &

& cap. 6. *Mater moriens filio TERRAM, mancipia; pecuniam dimittat, filia vero SPOLIA COLLI, id est nuscas, monilia, inaures vestes, armillas & quicquid ornamenti proprii videbatur habuisse.* Tit. VII. c. 3. *qui ornamenta muliebria, quod RHEDO dicunt, furto abstulerit, in triplum componat; ubi voce RHEDO f. Râte, Gerâte, Geradam, Saxonibus significari ad illam Legem notat LEIBNITIVS T. I. S. R. B. p. 83. LEX RIPVARIORVM Tit. LXIV. Si quis hominem in domo propria cum hariraida interfecerit, Auctor facti triplici Wergildo mulctetur; ubi Voce HARIRAI DA suppellectilem militarem Heer = Gerâthe Saxonibus Heer - Gewette, intelligi, monet laudatus ECCARDVS. Imperator itaque*

Henricus Auceps, de quo GOBELINVS in *Cosmodr.* æt. VI. c. 47. *Mandavit, ait, quod Senior inter Fratres quoscunque deberet esse in exercitu Regis, & propter hoc ipse solus tolleret patris exuvias, inter quas arma maxima reputabantur; & inde vulgo Heerwede adhuc nominantur, istum morem non primum introduxit, sed ut Seniori filio res expeditoriæ semper cedant, constituit, quippe cum juxta Tacitum l. c. non maximus natu, sed prout ferox bello & melior, illas olim acceperit. Liquet etiam ex iis, quæ diximus de Gerada, non demum Speculo Saxonico lib. III. art. XV. eam acceptam esse ferendam. Vide quoque Cl. GVNDLING. in *Henr. Aucep.* pag. 146. 147.*

CAPVT XIX.

de

*Germanorum Pudicitia, Poena**Adulterii, continentia &**Φιλοτεκνία.*

Ergo

Ergo ¹ septa pudicitia agunt, nullis spectaculorum inlecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptæ. ² Literarum Secreta

1. *Septa pudicitia agunt*) Etsi, quod Cæsar miratur, lib. VI. 21. *nulla ejus rei (pudendorum) occultatio, quod & promiscue viri pariter ac foeminae in fluminibus perluantur, & pellibus aut rhenonum tegumentis utantur, magna Corporis parte nuda.* De Foeminis Cimbrorum VALER. MAX. I. VI. I. *Extern. 3. Teutonum, ait, Conjuges Marium Victorem orarunt, ut ab eo Virginibus Vestalibus dono mitterentur, affirmantes eque se atque illas viriles concubitus expertes futuras, eaque re non impetrata, laqueis sibi nocte proxima spiritum eriperent.* Vid. quoque FLORVM lib. III. 3.

2. *Literarum Secreta Viri pariter ac foeminae ignorant.*) Plerique Commentatores hæc vel de literarum studiis, vel de characteribus scribendi accipiunt, idque maximopere agunt, ut ejusmodi ignorantiae labem a Germanis removeant. Sed vereor ne frustra laborent. Etsi enim negari haud possit, Majores nostros ab animi pariter ac corporis cultura fuisse alienos, atque vanissima sint, quæ de Theologiæ, Ethicæ, Physicæ, Astronomiæ aliisque divinæ ac humanæ sapientiæ Studiis a Germanis excultis adferuntur, illam tamen ignorantiam non magis quam characterum defectum, & imperitiam scribendi Tacitus h. l. innuit. Præterquam enim, quod ipse ANNAL. II. 63. & 88. Epistolarum meminerit, quas Germani ad Romanos scripserunt, ejusmodi Ignorantiæ nota ab argumento Auctoris plane aliena esset. In præcedenti enim & hoc Capite de Re Conjugali & Castitate Germanorum agit, cum quibus istæ Interpretationes minime cohærent. Aliud itaque Auctorem velle, LIPSIUS ad h. loc. jam soluit, atque Cl. Vir JOH. FRID.

FRID. GRONOVIVS literas amatorias, quibus Romani illicitos amores sibi invicem significare consueverunt, intelligi putat. Sunt alii, qui Auctorem ad Chaldaeorum sive Magorum SACRA, quorum is *Annal.* II. 27. meminit, respicere censent. Istud enim *hominum genus*, ut eidem *Hist.* lib. I. 22. vocatur, *potentibus infidum, sperantibus fallax* -- *Secretorumque Poppææ pessimum instrumentum*, ex Oriente in Græciam & Ægyptum, porro in Etruriam, atque hinc Romam quoque se diffuderat, assumptoque sub Imperatoribus honesto Mathematicorum nomine non divinationibus solum ex observatione siderum, certisque notis & characteribus Romanos diu fascinavit, sed & ad amores artibus suis conciliandos operam suam impendit, cujus rei exempla quædam IAC. GOTHOFRED. Not. ad. I. 3. *Cod. Theodos.* de *Maleficis & Mathematicis*, JOH. WIER. de *Præstig.* lib. III. 37. 38. & DELRIO *Disq. Mag.* T. I. Lib. III. 3. adferunt, pluribus vero ne-

fundas artes CAELIVS CALCAGNIVS *integro Opere de Amatoria Magia*, cujus Delrio l. c. meminit, exposuit. Quæ pariter ac Gronovii sententia etsi loci, de quo agitur, contextui valde congruant, vereor tamen, ne per *literarum Secreta*, quibus in *spectaculis & conviviis* lascivi homines usi fuerunt, aliam maxime arcanam & secretam amandi artem intellexerit Tacitus. Nutus puto atque digitorum, vino madidorum, super mensam ductus, quibus aliisque notis ac signis libidinosi homines apud Romanos sibi invicem amores lascivos in *Spectaculis & Conviviis* significare solebant. OVIDIVS, qui artem amandi optime calluit, Lib. I. AMORVM *Eleg.* IV. v. 17. amicam ita instruit:

*Cum premet ille torum, vultu comes ipsa modesto
Ibis, ut accumbas; clam mihi TANGE PEDEM.
ME specta, NUTVSQVE meos, VULTVMQVE LOQVACEM,
Excipe FVRTIVAS & refer ipsa NOTAS.*

H

Verba

ta Viri pariter ac feminæ ignorant. ³ Paucissima in tam numerosa gente adulteria, quo-

*Verba SUPERCILII sine
voce loquentia dicam,
Verba leges DIGITIS, ver-
ba notata MERO.*

Idem Helenam Paridi HE-
ROIDVM *Epist.* XVI. v.
81: ita introducit respon-
dentem:

*Ah! quoties DIGITIS, quo-
ties ego TECTA notavi
SIGNA SUPERCILIO pe-
ne loquente dari.*

*Et sæpe extimui, ne vir me-
us illa videret,*

*Non satis OCCULTIS eru-
buique NOTIS.*

*Sæpe vel exiguo vel longo
murmure dixi;*

*Nil pudet hunc, nec vox
hæc mea falsa fuit.*

*Orbe quoque in MENSÆ
legi sub nomine nostro,*

*Quod DEDUCTA MERO
LITTERA fecit, AMO.*

3. *Paucissima in tam nu-
merosa gente adulteria.*) Se-
cus ac apud Romanos, de
quorum frequentibus stu-
pris, adulteriis, incestibus
aliisque nefandis libidinibus
legas, si placet, JUVENA-
LEM *Satyra* I. 74. II. III.
39. IV. 5. V. 326. VI. 46.

IX. 70. X. 310. HORA-
TIVM *Serm.* I. 2. 127. MAR-
TIALEM *Epigramm.* VIII.
ut & de impudicitia ac fœda
libidine *Cæsaris* SVETON.
c. L. AVGVSTI Eundem
cap. LXIX. TIBERII c. 42.
43. 44. TACIT. *Annal.* VI.
I. CALIGVL. apud SVET.
cap. XL. CLAVDII cap.
XXIII. NERONIS cap. V.
DOMITIANI Cap. XXII.
De Eunuchis, quos apud
Romanos Principes Viri
ad libidinem suam alue-
runt, Labienus apud M.
Senecam *Libr. X. Controv.*
4. conquestus, *Principes, ait,
Viri contra Naturam divi-
tias suas exercent: Castrato-
rum greges habent, exoletos
suos ut ad longiorem patien-
tiam impudicitiae idonei sint,
amputant. Et quia ipsos pu-
det Viros esse, id agunt, ut
quam paucissimi sint.* Idem
crimen Ulpianus verbis ex
Ædilitio Edicto notavit leg.
27. §. 28. D. ad L. *Aqui-
liam*, ad quam vide Cl. Vi-
ri EVERHARD. OTTO-
NIS *Diff. Philologico-Juri-
dicam* §. XIV.

4. Ma-

quorum pœna præfens & ⁴ maritis permissa. ⁵ Accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem

4. *Maritis permissa.*) Ut quoque ante latam ab Augusto legem Juliam de Adulteriis apud Romanos maritis in uxores adulteras animadvertere licitum fuit. DION. HALICARN. L. II. p. 95. *Uxor, ait, pudica & marito in omnibus obsequens, æque ac illa Domus erat Domina, & in ejus defuncti bona succedebat, sicuti filia in parentis: ex æsse quidem, si is sine liberis ac intestatus decederet; quod si prolem haberet, ex æquo cum liberis. Si autem aliquid peccasset pœnam luebat ex mariti læsi arbitrio. De hujusmodi criminibus Cognati cum ipso cognoscebant, in quibus erat violata pudicitia.* Per legem vero Juliam adulterium crimen publicum factum fuit, quamvis & tum adhuc propinquis, si accusator publicus deesset, uxorum impudicarum coercitio fuerit permissa. SVET. in TIBERIO Cap. XXXV. *Matronas, prostrata pudicitia,*

quibus accusator publicus deesset, ut propinqui, more majorum de communi Sententia coercerent, auctor fuit.

Cæpit autem adulterium crimen esse capitale sub Constantino M. qua de re v. Cl. NOODT in Diocletiano & Maximiano Cap. 15. 16. 17. 18. 19. quod in masculis quidem confirmavit, in mulieribus vero mutavit IUSTINIANVS Novella CXXXIV.

5. *Accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit.*)

Crines apud Veteres Germanos honoris, nobilitatis, atque sub Francis Regiæ dignitatis fuerunt insigne. v. EGINHART. in vita Caroli M. Cap. I. ibique Besselius ad voc. *crine profuso*. Crinium propterea abscisso, excepta Ecclesiastica & puerorum tonsura, de qua ECCARDVS ad LL. Sal. Tit. XXVIII. maxime ignominiosa habitata, atque in pœnam fuit ir-

rogata seditiosis, furibus, latronibus aliorumque gravium criminum reis. CANGIVS T. II. v. *Decalvatio*. Coniungi cum illa solebat *fustigatio*. Ita enim Henricus II. Imperat. in *Constitutione* apud Eccard. in *Add. ad LL. Sal.* pag. 202. qua Seditiones inter Fuldensem & Hersfeldensem Ecclesiam prohibet: *Si quis ex familia utriusque Ecclesie aliquem Servorem vel sancti Bonifacii, vel sancti Wigberti insequeretur, vel ausu temerario vel armata manu ad occidendum vel ad deprædandum, ejus Curtem sive domum infregerit & eum impugnaverit, illi, qui hujus facti Dux & Princeps fuerit, tollatur* CORIVM & CAPILLI. In *formulis Alsaticis* apud eundem numero XXII. Vice-Dominus Episcopi Procuratori in *Polligen* quædam mandat sub comminatione, *Si CVTEM & CAPILLOS habere voluerit; quibus locis per corium & cutem FVSTIGATIO intelligitur. Diserte quoque virgis caesi & simul decalvati* memorantur in testimoniis a CANGIO l. c. & LINDENBR.

in Gloss. voc. *Scorticatus*, adductis. Eadem ratione, qua apud priscos Germanos Rex Longobardorum Luitprandus *Leg. Longobard.* II. I. 17. 5. *adulteras jubet decalvari & fustigari per vicos vicinantes ipsius loci.* De pœna adulterii apud Bajuvarios Dagobertus Rex *Capit. tert. s. LEG. BAIUVAR.* Tit. VII. Cap. I. *Si quis cum uxore alterius concubuerit libera, componat hoc marito ejus cum suo Wæregildo, id est, centum sexaginta solidos.* Cap. II. *Si in lecto cum illa interfectus fuerit, pro ipsa compositione, quam debuit solvere marito ejus, in suo scelere jaceat sine vindicta.* Cap. III. *Et si in lecto calcaverit uno pede & prohibetur a muliere, & amplius nihil fecerit, eum duodecim solidis componat, eo quod injuste in extraneum calcavit thorum.* Etsi vero in *CAPITVL. FRANC.* lib. VII. cap. 481. adulteria capitali pœna jubeantur puniri, alibi tamen magna solum *distinctione & correctione* in illa animadvertendum esse sancitur, atque ad dictam Legem Bajuvar.

omnem vicum verberare agit. ⁶ Publicatæ enim pudicitiae nulla venia. Non forma, non ætate, non opibus maritum invenit. Nemo enim illic vitia ridet, nec corrumpere & corrumpi ⁷ Seculum vocatur. Melius

juv. provocatur. BALVZ. T. I. pap. 451. & 871. de rigidissima pœna, quam Saxones, cum adhuc Gentiles essent, ab adulteris sumpserunt, BONEFACIVS in *Epist.* apud *Werner. Rolewinck. de Antiqu. Saxon.* T. III. *Script. Rer. Brunsvicens.* p. 615. *Nam, ait, in antiqua Saxonia, ubi nulla est Christi religio, si virgo in paterna domo, vel maritata, sub conjugē, fuerit adulterata, manu propria strangulatam cremant & super fossam sepultæ corruptorem suspendunt, aut Cingulo vetus vestibus abscissis flagelant eam castæ matronæ & cultellis pungunt, & de villa in villam sic missæ occurrunt novæ flagellatrices, donec interimant.* Mansit quoque apud illos adulterii poena capitalis *Spec. Sax.* libr. II. art. 13. ut & *JVRE ALEM.* cap. 149. n. 127. De hodiernis Germanorum moribus circa poenam adulte-

ri vid. ad *Carol. V. Const. Criminal.* art. 120. *KRESIVS & BAYERVS;* ut & *SCHILTERVS. Exercit.* XLIX. §. 85. & seqq.

6. *Publicatæ enim pudicitiae.*) *Lipius* pro enim legit etiam, atque non de adulteriis, sed stupris hæc intelligenda censet. Quia itaque infames erant meretrices apud Germanos, atrox convitium Francis quoque habitum fuit, ingenuam mulierem meretricem appellari. *LEX SAL.* Tit. XXIII. & LXVII. Poena autem tam stupratorum quam meretricum apud illos varia erat pro discrimine hominum. *LEG. SAL.* Tit. XXIX. Meretrices sive *monasteriales* sive *seculares*, quæ infantes occiderant, cremabantur. *BALVZ. Capit.* Tom. I. pag. 1227.

lius quidem adhuc eæ civitates, ⁸ in quibus tantum Virgines nubunt, & ⁹ cum spe voto-

7. *Seculum vocatur.*) id est, in mores abiit & consuetudinem. vid. RHENANVS h. 1.

8. *In quibus tantum Virgines nubunt.*) Secundæ nuptiæ non Germanis solum, sed & aliis gentibus odiosæ fuerunt. Cornelia apud PROPERTIUM lib. IV. ait:

*Jungor Paule tuo sic discessura Cubili,
In lapide hoc uni nupta
fuisse legar.*

Dido apud VIRGILIUM Lib. IV. *Æneid.*

*Sed mihi vel tellus optem
prius ima dehiscat,
Vel Pater omnipotens adigat
me fulmine ad umbras,
Pallentes umbras Erebinorum
eternamque profundam;
Ante; pudor, quam te viollem
aut tua jura resolvam;*

*Ille meos primus, qui me
sibi junxit, amores
Abstulit, ille habeat secum
servetque sepulcro.*

VALERIUS MAX. lib. II. 3. quæ, ait, uno contentæ

matrimonio fuerant, coronæ pudiciticæ honorabantur; Existimabant enim eum præcipue Matronæ sincera fide incorruptum esse animum, quæ depositæ Virginitatis cubile pudicum egredi nesciret: multorum matrimoniorum experientiam quasi legitimæ (PIGHIVS illegitimæ, sed male; vult enim dicere, licitam quidem fuisse, sed inhonestam visam, ut Athenagoras secundas nuptias honestum vocavit adulterium. FABROT, ad paratitt. C. Cujac. tit. de Sec. Nupt.) cujusdam intemperantiæ signum esse credentes. UNIVIRAE propterea in Lapidum inscriptionibus apud Gruterum laudantur, atque solæ Sacerdotes Junonis aliarumque Deorum constituebantur. SENECA *Controu. lib. I. 2.* MINVTIVS FELIX in *Octav.* Christianis, maximeque Sacerdotibus secundas nuptias haud licitas esse, TERTULLIANVS Libro de *Monogamia* aliique censuerunt. Cl. FABRICIVS in *Bibliographia Antiquaria* cap. XX.

votoque uxoris semel tranfigitur. Sic unum accipiunt maritum, quo modo unum corpus, unamque vitam, ne ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tamquam maritum, sed tamquam matrimonium ament. ¹⁰ Numerum liberorum finire aut ¹¹ quem-

XX. p. 787. SVICERVS
Thef. Eccl. voc. *Δίγαμος*, *Μο-
νόγαμος*.

9. *Cum spe votoque Uxo-
ris tranfigitur.*) Non solum
apud Germanos, sed &
omnes Celtas atque alios
populos, Uxores glorifi-
cum sibi duxisse cum ma-
ritis defunctis vitam la-
queo vel crematione fini-
re, multis veterum scri-
ptorum testimoniis osten-
dit CLEVERIVS, *Anti-
quit. Germ.* lib. II. p. 396.
seq. Solas quoque uxores,
quæ voluntaria morte fata
maritorum secutæ fuerant,
in Valhallem, sive felicem
bello peremptorum sedem
recipi, crediderunt Septen-
trionales Populi. KEYS-
LER. l. c. p. 147.

10. *Numerum liberorum
finire.*) His atque sequen-
tibus verbis Auctor Roma-
nos pariter taxat. Germa-
ni enim liberis e legitimo

thoro quærendis maximo-
pere studuerunt, factumque
inde, ut cœlibes adhuc con-
temptui ipsis, atque instar
hominum peregrinorum &
propriorum juri Albina-
gii in multis Germaniæ
ditionibus obnoxii sint, *Ha-
genstolzen* vulgo appellati.
SCHOTTELIVS de *Sing.
& antiquis in Germania ju-
ribus*, c. I. BEYERVS *Spec.
jur. Ger.* lib. II. c. 12. Roma-
ni e contrario nuptias cum
propter feminarum lascivi-
am tum luxuriam averfaban-
tur. Ipse Imperator Au-
gustus, Oratione apud DIO-
NEM CASSIVM lib. LVI.
*neque, ait, adeo vos solitudo
vivendi cepit, ut absque mu-
lieribus degatis, ac non qui-
libet vestrum mensæ lecti-
que sociam habeat sed licen-
tiam Libidini ac Lasciviæ
vestræ quæritis.* Pœnis ita-
que ac præmiis opus fuit,
ut Cœlibes ad matrimonia

II quemquam ex agnatis necare flagitium habere

excitarentur. Sub Republica enim libera Senes, qui nullam duxerant uxorem, mulctam, quæ *æes uxorium* dicebatur, solvere debuerunt. FESTVS in v. *Uxorium*, quandoque & in peculiare tribus ceteris inhonestiores a Censoribus referebantur; LIVIVS XLV. 15. Præmiorum vero, quibus Patres propter liberos affecti fuerunt, meminit AVL. GELLIVS *Noct. Attic.* V. 9. Auctis dein poenis & præmiis Coelibatum impedire, atque matrimoniorum liberorumque frequentiam promovere studuerunt *Jul. Caesar*, (v. SVETON. in *ejus vita* c. XLII. DIO CASIVS libr. XLIII.) maximeque Imperator Augustus legibus ab ipso latis JULIA *de maritandis Ordinibus* & PAPIA POPAEA, quæ de re vid. pluribus FRANC. BALDIN. Comment. in illas Leges & M. VERTRAN MAVRVS de *trium libr. jure* in Tract. T. VIII.

II. Aut quemquam ex agnatis necare flagitium habetur.) Lipsius pro agnatis hic &

HIST. V. 5. itemque SELDENVS de J. N. libr. IV. I. volunt legendum *gnatis*; sed absque necessitate, quia liberi quoque *adnasci* dicuntur. l. 7. ff. *de Adopt.* vid. *Acidal. & Solin.* ad Tacit. *cit. loc.* Apud Romanos vero more aliarum gentium permissum fuisse, liberos natos, atque legibus Romuli, & XII. *Tabb.* monstrosos saltem ac debiles cognitos, infecuto autem tempore qualescunque nondum susceptos, alique iustos, pro arbitrio tollere, exponere, & necare, Cl. Vir atque JCtus consummatissimus, GERARD. NOODT, multis exponit in *Julio Paulo*, sive de *Partus expositione & nece apud Veteres libro singulari*, inde a capite I. usque ad Cap. VI. quæ fœda consuetudo, uti in dubium vocari nequit, ita circa tempus, quo illa sublata fuerit, controversiam Cl. Viro nuper movit Vir Amplissimus, CORN. VAN BYNCKERSHOEK, JCtus elaboratissimis Scriptis jam

jam dudum Celeberrimus, atque supremæ Holl. Zeland. & Westfriesiæ Curia Præses meritissimus, edito nuper opusculo de *jure occidendi, vendendi & exponendi liberos apud Romanos*, quo impiam illam consuetudinem jam a tempore Trajani, Hadriani & Antonini Pii abolitam fuisse censet, adversus Clariss. NOODT, qui detestabilem istum morem ad Imperatores usque Valentinianum, Valentem & Gratianum durasse cit. libr. inde a capit. VI. contendit, eamque sententiam suam ab objectionibus Clariss. Bynckershækii vindicare studuit, edita *amica Responsione ad difficultates Julio Paulo nuper motas &c.* Huic vero responsioni Ampliss. Vir CORN. van BYNCKERSHOEK reposuit *Curas secundas de jure occidendi & exponendi liberos apud Vet. Romanos ad Virum Cl. Gerardum Noodt JC. & Antecessorem in Acad. Lugduna Batav.* Plura hæc de re dicere uti non est hujus loci, ita Controversiam hanc inter

summos illos ICTOS aliis decidendam relinquimus. Quidam tamen Germanorum populi senes, morbisque adfectos solebant occidere. De Herulis enim PROCOPIVS Libr. II. *Hist. Goth.* Nec scribit, *senescentibus, nec morbo adfectis vita amplius frui fas erat. Sed ubi quisque eorum sive consenuisset, sive morbo corripereperetur, protinus cogebatur a propinquis efflagitare, uti se quam primum ex humanis tollerent. Tum illi alta lignorum strue, superque eam collocato homine, alium cum pugione in eum immittebant, Herulum quidem, sed alienum sanguine, quod propinquos propinqui cæde inquinari, pium non arbitrarentur. Ubi ille accesserat peragenda cædi allectus, omnia subito ligna ab imo orsi, incendebant, & postquam flamma desierat, ossa congesta abdebant humo.* Simili impio more apud Sardoes receptum, legeque cautum fuisse, ut filii patres senio confectos, clavis cæsos, interimerent, refert ÆLIAN. *Var. Hist.* lib. IV. I.

habetur, ¹² plusque ibi boni mores
va-

12. *Plusque ibi boni mores valent.*) Optimæ Reipublicæ id esse indicium, Auctor ipse fatetur *Annal. III. 26. ubi ea, inquit, res admonet, ut de principiis juris, & quibus modis ad hanc multitudinem infinitam ac varietatem legum perventum sit, altius differam. Vetustissimi mortalium nulla adhuc mala libidine sine probro, scelere, eoque sine pœna & coercitionibus agebant, neque præmiis opus erat, cum honesta suo pte ingenio peterentur, & ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabatur. At postquam exui æqualitas & pro modestia & pudore ambitio & vis incedebat, provenere dominationes, multosque apud populos æternum mansere. Quidam statim, aut postquam Regum pertæsum, Leges maluerunt. Hæ primum rudibus hominum animis simplices erant, maximeque fama celebravit Creten- sium, quas Minos, Spartano- rum, quas Lycurgus, ac mox Atheniensibus quæ tiores jam & plures Solon perscrip- sit; Nobis Romulus, ut libi-*

tum imperitaverat. Hanc dis- putatioem tandem *cap. 27.* finit his verbis: *jamque non modo in commune, sed in singulos homines satae quæ- stiones & corruptissima Re- publica, plurimæ Leges.* Pluribus autem atquæ egre- gie, ut solet, de hoc argu- mento differit *Illustr: THO- MASIVS* Differt. de *Mo- rum cum jure Scripto Con- tentione.* Scriptis vero atque variis legibus Germani Secu- lo V. uti coeperunt, quo tempore Germani in Provin- cias irruentes Romanorum, horum quoque Leges af- sumserunt, receptaque Re- ligio Christiana pariter ac mutata Reipublicæ ipsorum forma Legibus ferendis dederunt occasionem. An- tiquissimæ autem apud Ger- manos sunt *Leges Franco- rum Salicæ*, de quibus *GREGOR. TVRONEN- SIS cap. IV. Tunc*, (cum *Fa- ramundus Rex* eligeretur) *& legem HABERE COE- PERUNT*; Secuti illos fue- runt Gothi, de quibus *ISI- DORVS ERA I. IV. sub hoc (Enrico) ait, Rege Gothi*
LEGVM

valent, quam ¹³ alibi bonæ leges.

CAPVT XX.

de

*Germanorum Educatione, filiis
sororum, & Heredum institutione.*

In omni ¹ domo nudi ac fordidi, in hos artus, in hæc corpora, quæ miramur, excrescunt.

LEGVM INSTITVTA SCRIPTIS HABERE COEPERVNT, *nam antea tantum moribus & consuetudine tenebantur.* Horum vero ut & Alemannorum, Burgundionum, Bajuvariorum, Saxonum aliarumque Gentium Germanicarum Leges collegerunt BASIL. JOH. HEROLDVS & LINDENBROGIVS. Generalem vero earum notitiam dederunt CONRINGIVS de *Origine Jur. Germanici* & Cl. HOFFMANNVS *Spec. Conj. Polit. de Origine & Natura Legum Germanicarum antiquarum.*

¹³. *Quam alibi bonæ Leges.*) Romanos redarguit auctor, apud quos Legibus JULIA de Adulteriis ut & PAPIA POPPÆA,

insuper habitis vel laxè acceptis, stupra, adulteria, nefanda libidinis, frequentissima fuisse, ipsi Scriptores Romani, initio hujus Capituli citati, testantur. Taceo Hieronymum, Lactantium aliosque Scriptores Christianos, qui ejusmodi Legum contemptum Romanis & aliis Gentilibus sæpe objiciunt. MINVTIVS FELIX in *Octav.* cap. 35. *Si, ait, vobiscum Christiani comparemur, quamvis in nonnullis disciplina nostra minor est, multo tamen Vobis meliores deprehendemur. Vos enim adulteria prohibetis (Lege JULIA) & facitis: Nos Uxoribus tantum Viri nascimur.*

1. *In omni domo nudi.*) De cu-

scunt. ² Sua quemque mater uberibus alit, nec ancillis ac nutricibus delegantur. Dominum ac Servum nullis educationis deliciis dignoscas. Inter eadem pecora, in eadem humo degunt; donec ætas separet

cura indurandi corpora, vide quæ supra diximus cap. XVII. Ea quoque de causa Germani pariter ac aliæ gentes Infantes recens natos, clypeo impositos, fluminibus immergere solebant, quod CONRINGIVS quidem *de German. Corp. Hab. antiq. & nov. causis* p. 76. in dubium vocavit, CLUVERIVS autem libr. I. 21. Aristotelis, Galeni, Strabonis aliorumque Veterum Scriptorum testimoniis satis liquido probavit. Neque Conringius hac in re sibi constat. EXERCITATIONE enim de *Republ. Antiqu. Vet. Germ.* §. XII. illum quoque morem, Aristotelis adducto testimonio, comprobavit, atque de ejus causis tantum sollicitus, Germanos putat isto Baptismate infantes suos statim in ipso vitæ limine duritiei & frigidibus assuescere, simulque

explorare voluisse, an ex legitimo conjugio nati essent; Quam vero posteriorem causam merito rejecit Cluverius l. c. Præter enim adducta ab ipso argumenta Germani propter pudicitiam, cui studuerunt, & rara apud ipsos adulteria, ejusmodi infantum probatione haud indiguerunt. Procul dubio autem istum morem immergendi infantes aquæ frigidæ a Scythis Thracibus, quos idem fecisse STRABO lib. III. & SIDON. APOLLIN, testantur, GERMANI, atque ab his reliqui Celtæ acceperunt.

2. *Sua quemque mater uberibus alit.*) Maxime hoc laudandum in Germanis; juris enim naturalis esse, ut matres ipsæ, nisi defectu aliquo impediuntur, infantes nutriant, naturalis in illos affectus, concessæ mammæ, aliaque docent,

ret ingenuos, virtus agnoscat. ³ Sera juvenum venus, eoque inexhausta pubertas: nec virgines festinantur; eadem juvena, similis proceritas, ⁴ pares validique miscentur, ac robora parentum liberi referunt. Sororum filiis idem apud avunculum, qui apud patrem honor. Quidam sanctiorem arctioremque hunc nexum sanguinis

cent, de quibus PHAVORINVS, Philosophus Gallicus, apud A. GELLIVM *Noct. Attic.* libr. XII. cap. I. egregie differit. Apud alias vero gentes, ac praesertim Romanos, Matres Infantes nutricibus, quales Ancillae plerumque & meretrices erant, alendos atque educandos committere solebant, qua de re vide THOM. BARTHOLINVS de *Puerp. Vet.* cum CASP. BARTHOLINI *Comment.* p. 112. & seqq.

3. *Sera juvenum Venus eoque inexhausta pubertas.*) CAESAR quoque de B. G. lib. VI. cap. 21. qui, ait, *diutissime impuberes permanferunt, maximam inter suos ferunt laudem: hoc ali staturam, ali vires, nervosque confirmari putant; intra annum vero vigesimum feminae notitiam ha-*

buisse, in turpissimis habent rebus. Laudabili sane, Reipublicae praesertim militaris, instituto, de quo vide pluribus differentem CONRINGIVM de *Habit. Corpor. Germ. causis* pag. 74. & de *Republ. Vet. Germ.* §. XVII.

4. *Pares validique miscentur.*) Ne quis extra Ordinem suum uxorem ducat sic cautum, idque vetustissimum non modo Germanorum, sed & omnium gentium institutum fuisse, & si non ante, certe statim post terrarum inundationem ceptum, asserit Cluverius Libr. I. 15. pag. 122. Quod etsi fabulam sapiat, atque de antiquis Germaniae populis haud dici possit, subsecuto tamen tempore matrimonia inaequalia, atque extra ordi-

guinis arbitrantur, & ⁵ in accipiendis ob-
fidibus magis exigunt, tanquam ii, & ani-
mum firmiter, & domum ⁶ latius tene-
ant.

ordinem suum inita, legibus non solum, sed & gravissimus pœnis apud Germanos prohibita fuerunt. De illis enim & Saxonibus præsertim ADAMVS BREMENS. L. I. c. 5. Hist. Eccles. Genesis, ait, ac Nobilitatis suæ providissimam curam habentes, nec facile ullis aliarum gentium vel sibi inferiorum connubiis infecti propriam & sinceram tantumque sibi similem Gentem facere conati sunt. Unde habitus quoque & magnitudo Corporum comarumque color sicut in tanto numero hominum idem etiam pene omnibus. Quatuor igitur differentiis gens illa consistit, Nobilium & Liberorum, Libertorum atque Servorum. Et id legibus firmatum, ne ulla pars in copulandis Conjugiis propriæ Sortis terminos transeat, sed nobilis nobilem ducat uxorem, & Liber Liberam, Libertus conjugatus Libertæ & Servus Ancillæ. Si vero quisquam horum sibi non congruentem & gene-

re præstantiorem duxerit uxorem, cum vitæ suæ damno componat. Nobiles itaque, qui plebejam duxerant, eorumque filii ad quartum usque gradum a Ludis Equestribus arcebantur, vel qui se illis obtrudere volebant, septis torneamenti inequitare cogebantur. FRANC. MODIVS Pand. Triumph. part. II. p. 9. An & gradus propinquitatis observaverint Germani, non dubitandum censet CLYVERIVS Lib. XX. p. 180. Certe legibus Longobardorum, Alemannorum & Bojorum, ut & Francorum matrimonia quibusdam gradibus fuisse prohibita P. HACHENB. Germ. Med. Diss. V. de nuptiis §. 2. jam adnotavit. Vide quoque BALVZIVM T. I. p. 112.

5. In accipiendis 'obsidibus magis exigunt.) Vide quæ supra diximus ad Cap. VIII.

6. Latius teneant.) Quod non solum, cum Patris, sed

ant. ⁷ Heredes tamen successoresque sui
cuique liberi: ⁸ nullum testamentum.
Si liberi non sunt, proximus gradus in
successione, fratres, patru, avunculi.
Quanto plus propinquorum, quo major
affinium numerus, tanto gratiosior sene-
ctus.

sed & Avunculi familia
conjuncti essent.

7. *Heredes tamen Successoresque sui cuique liberi.*)
Hos enim naturales esse
Parentum heredes atque
successores certum est,
sed rationes, quas GRO-
TIVS Libr. II. 7. §. 3.
&, qui eum sequuntur, ad-
ferunt, id non evincunt. Ex
Conjectura enim volun-
tatis nullum certum jus
oritur, nec quod æquissi-
mum est, homines semper
volunt, honestissimumque
esset, ut pauperes in bona
defunctorum succedant.
Ita ergo statuendum cen-
semus: parentum jus in
suas res morte illorum pe-
nitus extinguere, atque res
ipsorum in primævo statu,
cum omnia nondum occu-
pata essent, nullius factas
fuisse, neque liberis in illas
tuum ullum jus competiisse.
At postquam vel a Civita-

te vel a singulis res omnes
occupatæ sunt, nec super-
est, quod liberi ad susten-
tationem suam occupare
possint, necesse est, ut in
bona parentum succedant.
Ratio quoque hinc sua
sponte fluit, cur liberi at-
que reliqui Parentum de-
scendentes soli ipsorum
naturales heredes sint &
successores; quod videli-
cet collaterales & ascen-
dentes in parentum suo-
rum bona jam successerint;
Atque his principiis leges
quoque Romanas inniti
circa Successionem in bo-
na defunctorum, qui inte-
stati moriuntur, facile o-
stendi posset, nisi id ab
hoc loco alienum foret.

8. *Nullum Testamentum.*)
Laudabili sane Instituto;
Testamenta enim Rebus pu-
blicis, præsertim liberis, valde
noxia esse, CONRINGIVS
de *Origine juris Germ.*
cap. 34.

cap. 34. & pluribus HER-
TIVS *Elem. Prud. Civ.* I.
II. cap. 53. ostendunt. Mul-
tis præterea Gentibus aliis
testamenta quoque vel inco-
gnita vel prohibita fuerunt.
Apud Athenienses Solon
demum testamentorum usum,
sed valde restrictum, in-
trodixit. MEVRS. *Them.*
Attic. libr. II. 13. Lacedæ-
moniis ne donare quidem
licuit. CRAGIVS de
Republ. Lacedæm. libr. III.
Tab. 2. De Hebræis aliis-
que populis, apud quos
Testamentorum usus vel re-
strictus vel plane prohibi-
tus fuit, vide SELDEN.
de *Sucess. in bona Hebr.*
cap. 24. & HERTIVS l.
c. SCHILTERVS *Phi-*
losoph. Jur. cap. V. §. 21.
Tantum itaque abest Te-
stamenta juris esse natura-
lis, quod GROTIUS
libr. II. 6. 14. aliique cum
eo contendunt, ut nec ju-
ris Gentium fuerint, ori-
ginem vero suam juri po-
sitivo debeant, quod PVF-
FEND. J. N. libr. IV. 10.
§. 4. 5. 6. atque solide in-
primis Vir. illustr. JOH.
GOTHOFR. a COCCE-
IVS Henrici filius, Regi
Prussiæ in Ducatu Magdeb.

a Consiliis Sanctioribus *disp.*
de Testam. Princip. Disput.
Coccej. Vol. II. pag. 378.
docuit. A Romanis autem
Germaniæ populi, primum-
que Burgundiones, Go-
thi, Alemanni, Bajuvari,
Franci, utpote illis pro-
prios, Testamentorum
usum didicerunt, quem po-
stea Clerus cum ad ampli-
ficanda sua bona, tum ma-
numittendos servos, qui
urbes redderent frequentio-
res, aliisque de causis ma-
xime foverunt, ut SCHIL-
TERVS Exercit. XIV. §.
3. & sequent. HER-
TIVS de *Vet. Franc.*
Regno Cap. III. §. 48. &
GEORG. BEYERVS
delin. jur. Civil. ad Pand.
QVI TESTAMENT.
FAC. POSS. pag. 459.
pluribus jam ostenderunt.
Leges Francorum SALI-
CAE Tit. XLIX. & RI-
PVAR. Tit. XLVIII. &
XLIX. mentionem faciunt
designationis Heredum per
Adramitiones & Adfato-
miam, quibus vel *festuca* vel
ramusculo vel *charta* tradi-
tis, atque acceptis, heredes
in publico judicio instituebantur,
usufructu solum retento,
alienationes potius & do-
nati-

ctus. 9 Nec ulla orbitatis pretia.

CAPVT XXI.

de

*Germanorum Inimicitis, Homicidiisque
expiandis & Hospitalitate eorundem.*

Suscipere ¹ tam inimicitias seu Patris seu propinqui

nationes mortis causa, quam Testamentorum species fuerunt.

9. *Nec ulla Orbitatis pretia.*) Honores atque emolumenta intelligit Auctor, quibus hereditate apud Romanos afficiebant orbos, ut heredes ab illis scriberentur. Salse illos captatores Crotoniatarum nomine PETRONIVS ridet, qui *Satyr.* Cap. CVI. villicum quendam de Crotone hospitibus hæc narranten fingit: *In hac urbe non literarum studia celebrantur, non eloquentia locum habet, non frugalitas, sanctique mores laudibus ad fructum perveniunt, sed quoscunque homines in hac urbe videritis, scitote in duas partes esse divisos; Nam aut captantur aut captant. In hac urbe*

*nemo Liberos tollit, quia quisquis suos heredes habet, nec ad scenas nec ad spectacula admittitur, sed omnibus prohibetur commodis, inter ignominiosos latitat. Qui vero nec uxores unquam duxerunt, nec proximas necessitudines habent, ad summos honores perveniunt, id est, soli militares, soli fortissimi atque innocentes habentur. Videbitis, inquit, oppidum tanquam in Pestilentia campos, in quibus nihil aliud est, nisi Cadavera, quæ lacerantur, aut Corvi, qui lacerant. Ad quem locum vide quoque Cl. BURMANNVM, ut & AVCTOREM *Annal.* XIII. 52. atque JVENAL. *Satyr.* XII. inde a v. 93. ad finem usque.*

1. *Suscipere tam inimicitias seu Patris seu Propinqui.*) Diu

I

apud

pinqui, quam amicitias necesse est. Nec implacabiles durant. ² Luitur etiam homicidium

apud Francos, aliosque Germaniæ populos vindicta illa privata, quæ *Faida* fuit appellata, duravit, vid. HIERON. BIGNONIVS *Not. ad Form. Marculf.* Libr. II. cap. 18. ap. BALVZ. Tom. II. pag. 942. De Frisiiis SICCAMA *Not. ad Leg. Fris.* pag. 85. & VBBO EMMIVS *Rer. Fris.* Libr. 13. De Batavis, ANT. MATH. de *Crimin.* l. 48. Simile quid obtinuit apud Romanos ex Senatus Consulto Siliano, quo Heres defuncti necem vindicare tenebatur, antequam hereditatem adiret. v. *Tot. tit. Cod. de His, quibus ut Indignis Hereditates auferuntur, & ad SC. Silianum* HERTIVS *dissert. de Herede, Occisi Vindice.* Apud Hebræos quoque defuncti cædem, qui sanguine ipsi proximus erat, ulcisci debebat, juxta Legem. NUM. XXXV. 19. *Cognatus seu propinquus occisi statim, ut apprehenderit eum, interficiat eum;* cujus Legis sensum ex Judæorum sententia optime exponit SELDENVS de *J. N. & G. juxta Discipl. Hebr. Lib. IV. 1.* pag. 484. GROTIUS vero J. B. & P. Libr. I. 2. §. 5. & Libr. II. 20. §. 8. ex Jure Naturæ derivat, ratus ante judicia instituta homicidam occidere, cuius licitum, constitutis vero judiciis ad solos judices fuisse restrictum; ast perperam. Tantum enim abest, ut in statu naturali omnibus promiscue in delinquentes animadvertere permissum fuerit, ut nec Patribus familias vel in liberos vel servos suos jus vitæ & necis tum competiisse, recte censeat PVFEND. J. N. & G. Libr. VI. 2. §. 6. & 3. §. 4. Græcis quoque id in more positum fuisse, etsi SELDENVS Libr. VI. 2. de eo dubitet, GROTIUS *cit.* §. 8. n. 6. & MEVRSIVS *Them. Attic.* Libr. I. 20. testantur. Sed & apud Indos Orientales, ut & Brasilienses id usu receptum esse, HIER. OSORIVS *Hist. Eman.* Libr. II. refert. ² Luitur etiam homicidium certo

certo armentorum aut pecorum numero.) Legibus quoque *Francorum SALICIS* Tit. XLIV. & LXI. *Bajuvanorum* Tit. III. cap. 28. *Alemannorum* tit. LXVIII. *Frisiorum* Tit. I. *Saxonum* cap. 2. homicidia *multa* solum *pecuniaria*, majori vel minori juxta occisorum dignitatem, luebantur, nisi quod Servus, qui Dominum occiderat, vel alium hominem veneno necaverat, morte fuerit punitus. Furtum autem Caballi, quod e contrario Legibus *Saxonum* cap. 4. Capitale fuit, iniquitatis merito accusat *LEIBNITIVS*, atque ad illam Legem T. I. J. R. B. d. 79. *quid, ait, incongruum magis, quam Caballifurtum capite puniri, nobilissimi Viri cædem pecunia lui? Eant nunc & Veteres Germanorum Leges revocent in usum Viri docti, explosis Romanis, hoc est a fruge ad glandes revertantur.* Excusandi tamen videntur Germani, quod nullius delicti pœna jure naturali sit determinata, atque Magistratus summi arbitrio relinquatur, eam juxta frequentiam aliasque

delictorum Circumstantias definire. Quod vero ad dictam multam attinet, si homicida ipse non esset solvendo, atque bonis cessisset, collecto ex quatuor angulis pulvere, eoque foras projecto, verbis pronuntiatis, *chrenechrude* (rene Herute, *nihil omnino intus est*) proxime tunc sanguine junctus apud Francos eam solvere tenebatur, vid. *LEG. SALIC.* tit. LXI. ibique III. *EC-CARDVS.* Etsi autem *Childebertus* Rex homicidium morte puniendum esse sanxisset lege, quæ *cit. tit.* solet adjici, nullam tamen illa vim habuit, diuque adhuc postea multa pecuniaria obtinuit, donec *Burgundiones & Longobardi* Legibus Romanorum receptis, atque Clerus præcipue pœnam homicidii Capitalementem induxerunt, quod pluribus docet III. *THOMASIVS* disert. de *Jure Princip. Evangel. aggrat. homicid. & Not.* ad *HVBERVUM* de *Jure Civit.* Lib. III. Sect. 2. cap. 5.

cidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque ³ Satisfactionem univ-
 ersa domus, utiliter in publicum, quia peri-
 culosiores sunt inimicitiae juxta libertatem.
 Convictibus & hospitibus non alia gens effu-
 sius indulget. ⁴ Quemcunque mortalium
 arcere tecto nefas habetur; pro fortuna
 quisque apparatus Epulis excipit. Cum
 defecerit, (4) qui modo hospes fuerat, mon-
 strator hospitii & comes, proximam do-
 mum non invitate adeunt; nec interest,
 pari humanitate accipiuntur. Notum igno-
 tumque, quantum ad jus hospitii, nemo
 discernit. Abeunti (5) si quid poposcerit,
 concedere moris: & poscendi invicem ea-
 dem facilitas. Gaudent muneribus. Sed
 nec data imputant, nec acceptis obligantur.
 Victus inter hospites comis.

CAPVT

3. *Recipit Satisfactionem,*)
 quæ *Weregeld* dicebatur
 Francis & Anglo-Saxonibus,
 a *Wera* s. *Waire*, ipso-
 rum lingua, *Vir*. Ab illo
 autem differebat *Widrigil-*
dum, a *Wieder*, itemque
Viridium, *Wirdire*, *Wir-*
durda, a *Bürde*, vel *Berth*,
pretio, quo res quævis
 alia compensabatur; vide
 LEG. SALIC. tit. 20. 28.
 32. 42. 54. ibique Cl. EC-

CARDVS & CANGIVS in
 illis vocibus. Præter ve-
 ro illam satisfactionem Ci-
 vitati pœna quoque solve-
 batur, de qua *supra* Cap.
 XII.

4. *Quemcunque mortalium
 arcere tecto nefas habetur.*)
 CAESAR Lib. VI. B. G. c.
 21. de iisdem, *Hospites*, ait,
*violare, fas non putant, qui
 quaque de causa ad eos vene-*
runt, ab injuria prohibent,
sanctos-

CAPVT XXII.

de

*Germanorum Conviviis, Convivalibus
Negotiis, & candida Simplicitate.*

Statim e fomno, quem plerumque in
diem

santosque habent: iis omnium domus patent, victusque communicatur. Lege quoque BVRGVNDIONVM tit. XXXVIII. cap. I. statutum erat, ut quicumque hospiti venienti tectum aut focum negaverit, trium solidorum inlacione multaretur. Sed & alix gentes olim hospitalitati maximopere studuerunt. Apud Gothos lege publica xdes illorum, qui viatorem tecto arcuerant, idque ter fecisse convicti erant, immisso igne incensas fuisse JOH. MAGNVS Hist. Goth. Lib. IV. I. refert. De Lucanis, Italiæ populis, AELIANVS variar. Hist. lib. IV. cap. I. Lucanorum, ait, quædam lex sancit, si occidente jam sole venerit peregrinus, volueritque sub tectum alicujus di-

vertere, is vero hominem non receperit, ut multetur & pœnas luat hospitalitatis, ut mihi quidem videtur, & illi qui advenit & Jovi hospitali.

Causa illius humanitatis, quam Christus quoque & Apostoli commendant, fuit, quod nulla olim adhuc essent diversoria, quorum inopia factum, ut Peregrini, nisi reciperentur a quopiam, in plateis sub dio & in tentoriis pernoctare debuerint. Vide pluribus Cl. PERIZ. Not. ad Ælian. cit. loc. GROT. J. B. & P. libr. II. 2. §. 16. PVFFND. de J. N. & Gent. libr. III. 3. §. 9.

1. Statim e fomno, quem plerumque in diem extrahunt.) Vide, quæ de Otio & fomno Germanorum diximus supra ad Cap. XV.

diem extrahunt, lavantur, sæpius calida, ut apud quos plurimum hiems occupat. Lauti, cibum capiunt. ² Separatæ singulis sedes, & sua cuique mensa. Tum ad negotia, nec minus sæpe ad convivia ³ procedunt armati. ⁴ Diem noctemque continuare potando, nulli probrum. Crebræ, ut inter vinolentos, rixæ, raro conviciis, sæpius cæde & vulneribus tranfiguntur. Sed & de reconciliandis invicem inimicis, & jungendis affinitatibus, & adsciscendis principibus, de pace denique ac bello plerum-

2. Separatæ singulis sedes & sua cuique mensa.) Nullo apparatu ad luxum Romanorum composito. Non lecti ipsis, mensa, pocula e ligno citreo, onyche, argento auroque confecta, similiaque pretiosa vasa, quibus Romanos usos fuisse refert MEVRSIVS in *Roma Luxuriante* cap. 8. 9. 10. sed gramine seu fæno substrato, mensis ligneis, leviter a terra extantibus; atque pro poculis urorum Cornibus utebantur. CLVVERIVS lib. I. 17.

3. Procedunt armati.) Vide quæ hac de re diximus supra cap. XIII.

4. Diem noctemque continu-

are potando, nulli probrum.) Capite quoque XXIII. ad-
versus, ait, Sitim non eadem temperantia: si indulseris ebrietati, suggerendo quantum concupiscunt, haud minus fac levitiis, quam armis vincentur; & cap. IV. minimeque sitim æstumque tolerare adsueverunt. AVGVSTO etiam THVANO, *Memoir. de Thou* lib. 2. MISSIONIO *Voyage d'Italie* T. I. Germani propterea male audiunt, atque OWENVS Epigrammate de illis:

*Si latet in vino verum, ut proverbia dicunt,
Invenit verum Teuto, vel inveniet.*

Ast non sine injuria Veteribus

teribus præsertim Germanis ebrietatis vitium obicitur. Minime enim cum sobrietate & castitate; aqua Tacitus Germanos laudavit, Ebrietas & Otium cujus supra illos arguerat, conveniunt; juxta enim illud Poetæ,

*Quæritur Ægisthus cur
nam sit factus adulter:
Inpromptu causa est, desidiusus erat.*

Atque juxta tritum illud, *Sine Cerere & Libero friget Venus*: desidiæ atque ebrietatis progenies est voluptas & libido. Qui etiam vinolenti dici potuerunt, qui Vini usu fuerunt destituti? ut ipse Auctor cap. 23. & Cæsar B. G. lib. II. c. 15. & IV. c. 2. fatentur, neque propter crebras rixas, vel, quod in conviviis de rebus maximi momenti consultarunt, ebriosis dici potuerunt, cum aliæ rixarum causæ esse possint, atque inter pocula hodie Doctores soleant creari absque tamen Ebrietatis vitio. Taceo, temperamentum Germanorum humidum fuisse, ut largius forte, quam alii biberint, fitimque tolerare non potu-

erint. CONRING. *de habit. Corp. Germ. caus. §. 46. 47.* Aut itaque de Germanis Rheno proximis, qui vinum quoque mercati fuerunt, vitiaque a Romanis & Gallis contraxerunt, Auctor erit intelligendus, aut deceptus ille fuit moribus mancipiorum Germanicorum, ut Illustr. THOMASIVS conjicit, qui disert. *de hominibus propriis §. XIII.* in hunc Taciti locum, *Error ille, scribit, haud dubie ex moribus mancipiorum Germanicorum. Sobrii homines maxime ad potandum apti, si postea se eo applicant; Ebrietas contra cum Viribus corporis etiam vires potandi debilitat. Sobrii non facile inebriantur. Ebrii contra & vinolenti facile potando succumbant; vina Italica ad Cerevisiam Germanorum comparata facile palatum & gulam irritant. Non mirum ergo, si mancipia Germanica modum in bibendo vino Italico non servarunt, etsi homines sobrii, cum se ad potandum applicarent, imbelles Italos vincerent. Aliud ergo erat, Germanos vinci facile si ebrietati indulseris, suggerendo quantum concupiscunt,*

plerumque ⁵ in conviviis consultant: tanquam nullo magis tempore aut ad simplices

aliud quod exinde inferebat Tacitus, eos in media Germania ebrietati esse deditos. Erant enim mancipia Germanica tentationi scortationis subiecta, & notum, quantum foeminae Italicae jam illis temporibus insaniverint in amore mancipiorum Germanicorum. Juvenum quorum Sera Venus, si scortari incipiant, etiam ad hanc magis apti sunt, quam illi qui in tenera aetate rei Venereae operam dare caeperunt. Propterea tamen Tacitus non tribuit Germanorum moribus, quod sint ad libidinem & adulteria proni. Vide quoque ipsum NOT. ad Monzamb. c. VII. Quicquid vero sit, causam non habuit Tacitus, cur ebrietatem objiceret Germanis, quippe cum Romani praemiis non solum, sed & tam turpibus modis se invicem ad potationes excitaverint, ut PLINIVM H. N. I. XIV. 22. eos referre puduerit. Etsi quoque postea Germani computationibus adeo se dederint, ut legibus publicis prohiberi de-

buerint, qua de re vide LEG. SALIC. a Carolo M. emend. apud Cl. Eccardum pag. 176. A. B. Tit. XII. JOH. PHIL. DATT. de pace publ. lib. III. 14. alias tamen gentes, nisi Germanos ebrietatis studio superent, certe non immunes ab illo vitio esse CLVVERIVS Libr. I. cap. XIX. atque ALB. HENR. de SALLENGRE lib. de Laudibus Ebrietatis, Gallice nuper scripto, cap. XVI. & XVII. referunt.

5. In Conviviis consultant.) Factum inde fuisse, ut Germani, horumque more Angli, judicia in Conviviis habuerint, indeque iudicium ipsum nomen, quo in antiquis Francorum aliorumque populorum Germanicorum legibus venit, *Malli & Mahlstatt* a *Mael*, convivio, acceperint. GOLDAST. *animadv. ad Eginh.* pag. 137. edit. Schminck. observat. III. vero ECCARDVS *Leg. Satic.* Tit. I. a *Mahlen*, designare, vocabulum

ces cogitationes pateat animus, ⁶ aut ad magnas incalescat. Gens non astuta nec callida, aperit adhuc secreta pectoris licentia loci. Ergo detecta & nuda omnium mens postera die ⁷ retractatur: & ⁸ salva utriusque temporis ratio est. Deliberrant, dum fingere nesciunt; constituunt, dum errare non possunt.

CAPVT

lum Malli censet derivandum esse.

6. *Aut ad magnas incalescat.*) De Persis quoque & aliis Populis ISAAC DICTAR. partic. L. II. c. ult. Rufus, ait, testatur, Persas & Elenos semper vino uti, volentes disputare, vel cum volebant cum aliquo ratiocinari, seu Consilium dare ad regendam Rempublicam, & cognoscebatur, quia istud vinum mentis est confortativum & rectitudinis & Veritatis demonstrativum. Goldastus l. c. pro Elenos legendum putat Έλληνες, i. e. Græcos, de quorum Principe Philosopho MACROB. Sat. Lib. II. 8. refert, quod existimavit, fomitem esse quendam & incitabulum ingenii, Virtutisque, si mens & Corpus hominum vino flagret.

7. *Retractatur,*) i. e. resumitur & accuratius tractatur atque emendatur, quo sensu SVET. de illustribus Grammat. cap. 2. Hædænus tamen imitati, ut carmina adhuc divulgata vel defunctorum amicorum, vel si quorum aliorum probassent, DILIGENTIVS RETRACTARENT. Male vero BODINVS istam vocem per repudiare exposuit, atque levitatis Germanos accusavit, merito propterea a BERNEGGERO h. l. notatus.

8. *Salva utriusque temporis ratio est.*) Idem propterea & Persas & Græcos fecisse, LIPSIVS h. l. refert, nihil vero apud Auctorem mutandum esse, docet Cl. GRONOVIVS.

CAPUT XXIII.

de

Germanorum potu ciboque.

Potus ¹ humor ex ordeo, aut frumento, in quamdam similitudinem vini corruptus. ² Proximi ripæ & vinum mercantur:

1. *Potus humor ex ordeo aut frumento.*) Quantum hic potus & cibi Germanorum ad robusta ipsorum corpora fecerint, multis ostendit CONRINGIVS sapius laudata dissertatione de *Habitus Corporum Germanicorum causis* p. 52. & seqq. Humor vero ille ex hordeo aut frumento antiquissimus est, atque Ægyptiis vocabatur *Zythus*, Gallis *Cerevisia*. PLIN. lib. XXI. cap. ult. Hispanis *Celia*. FLOR. Lib. II. 18. 12. VLPPIANVS l. 9. ff. de *Tritico Vino & oleo leg.* *Zythum* ex *pane* quoque confici ait, ubi Cujacius *Observat.* Lib. XI. 39. *panico* vult substituendum. Reinesius vero vulgarem *Lectionem* retinendam esse censet, quod ex pane quoque *Zythus* confici

soleat. Perinde videtur, an *pane* an *panico* legatur, quod apud Pannonios *panico* etiam *Zythum* factum fuisse DIO Libr. 49. innuat. Vide quoque JOH. STRAVCH. *Dissert. ad Taciti German. II. cap. 2.* Pluribus autem de *Celia* & *Cerevisia* vide PLIN. XIV. 22. XXII. ibique *Dalecamp*, HADRIAN. JUNIVM *Animadvers.* II. 12. BOXHORN. *Epist. ad Blancardum* in *Epist. Boxhornii* & JUNII *Annal.* pag. 215. *Ioh. Cæs. Scalig. ad Card. Exercit.* 87. ut & JULIANI Imperat. *Epigramma latine redditum* a CONRINGIO l. c. p. 92. & ERASMO ap. Freinsh. in not. ad Flor. l. c. aliosque Auctores apud Cl. FABRICIVM in *Bibliograph. Antiq.* p. 569.

2. *Proximi ripæ vinum mercantur.*

tur: Cibi simplices, agrestia poma, ³ recens

mercantur.) De Suevis CAES. B. G. IV. 2. *Vinum ad se importari non sinunt, quod ea re ad laborem ferendum emollescere homines adque effeminari arbitrantur.* Et de Nervii Lib. II. 15. *Nullum, dicit, aditum esse ad eos Mercatoribus, nihil pati vini, reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium inferri, quod his rebus elanguescere animos eorumve remitti Virtutem existiment.* Vini autem noxam CONRING. *dissert. cit. p. 90.* ostendit. Apud Romanos legem fuisse latam, ne libera mulier neque Serva biberet VINVM, neque vero claro genere natorum hominum quisquam a pubertate usque ad trigesimum quintum annum, refert AELIAN. *var. Hist. lib. II. 38.* Ceterum vineas in Gallia & Pannonia Imp. Probum, sublata Domitiani lege, qui vineta succidi iusserat, teste Suetonio in ejus vita c. 7. & 14. permisisse, VOPISCVS in Probo, AVRELIVS VICTOR & EVTROPIVS memorant. In Ger-

mania vero Trans-Rhenana serius id factum fuit, quippe cum Regni Francici divisione; quæ A. DCCCXLII. inter filios Ludovici Pii Virduni facta fuit, quædam trans Rhenum Civitates, (Moguntiacum, Nemetum, & Vangionum,) cum adjacentibus pagis Ludovico Germanico propter Vini copiam cesserint, teste SIGEBERTO ad illum annum. Vid. quoque OBRECHT. in *Prodr. Rerum Alsat. p. 55.*

3. *Recens fera.*) POM-
PONIVS MELA Lib. III.
3. *Vitæ, ait, ita asperi incultique, ut cruda etiam carne vescantur, aut recenti, aut cum rigentem in ipsis pecudum ferarumque coriis manibus pedibusque subigendo renovarunt.* Idem FLORVS innuere videtur, quando Lib. III. 13. Cim-bros panis usu, *carnisque coctæ & dulcedine vini mitigatos fuisse scribit, præterquam vero, quod idrarum atque infrequens, coctaque eos carne fuisse pastos, vocula etiam indi-*
cari

cens fera aut ⁴ lac concretum. Sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem. Adversus sitim non eadem temperantia.

cari *Conringius* bene animadvertit, pag. 56. diseretque *Posidonius* apud *ATHE-NAEVM* Libr. IV. 13. *Germanos in prandium attulisse carnes membratim assas; carnisque coctæ usum alii* apud *CLVERIVM* libr. I. 17. p. 150, 151. testentur, *Tacitus* aliique carnibus salitis & fumo duratis, larido, fuccidiis & pernis, quibus crudis, *Westphali* præsentim, adhuc delectantur, forte decepti fuerunt.

4. *Lac concretum.*) An caseus? Ita multi censent, auctoritate *Cæsaris* *B. G.* libr. VI. 22. qui de *Cibus Germanorum*, major, ait, *pars victus eorum lacte & CASEO & Carne consistit.* *Butyrum* vero intellexisse *Tacitum*, vero est similius, quippe cum *Plinius*, cui res *Germanorum* melius cognita fuerunt, caseum eos ignorasse, *butyro* vero eos usos fuisse referat. Li-

bro enim is *H. N.* XI. 41. *Mirum*, ait, *barbaras gentes, quæ lacte vivunt, ignorare aut spernere tot seculis casei dotem, densantes id alioquin in acorem jucundum & pingue butyrum.* *Spuma id est lactis CONCRETIVSQUE, quam quod serum vocatur.* *IDEM* Lib. XXII. 9. *E lacte fit butyrum, barbararum Gentium laudatissimus cibus, & qui divites a plebe discernat, plurimum e bubulo unde nomen. Pinguissimum ex Ovibus fit & ex Caprino. Sed hieme calefacto lacte, æstate expresso tantum, crebro jactu in vasis longis, angusto foramine spiritum accipientibus sub ipso ore alias profligato. Additur paululum aquæ, ut acescat; quod est maxime coactum, in summo fluitat. Id exemptum addito sale, butyrum est oleosum natura. Reliqua decoquunt in ollis, id, quod supernatat, OXYGALA appellant.*

rantia. ⁵ Si indulseris ebrietati, fuggerendo, quantum concupiscunt, haud minus facile vitiis, quam armis vincentur.

CAPVT XXIV.

de

Germanorum Spectaculis & Ludis.

Genus ¹ spectaculorum unum atque in omni coetu idem. Nudi Juvenes, ² quibus

5. *Indulseris ebrietati.*)
Vide quæ diximus *Cap. præc.*

1. *Genus spectaculorum unum.*) Secus ac apud Græcos & Romanos, qui varia habebant spectaculorum Ludorumque publicorum & privatorum genera. De quibus vid. JOH. MEVRSII *Græcia ludibunda*, sive de *Ludis Græcorum liber singularis*, ejusdemque *Orchestra seu de Saltationibus Veterum*. HIERON. MERCVRIALIS de *Arte Gymnastica* & quæ præterea a Cl. FABRICIO commemorantur *Bibliogr. Antiqua C. XXII.*

2. *Quibus id ludicrum est.*)
Ceterum natando quoque

juventus Germanica se multum exercuit. POM-
PONIVS MELA Libr.
III. 3. *Nandi*, ait, *non tantum patientia illis, studium etiam inest.* AVCTOR. *Hist. lib. V. 14.* *Miles*, inquit, *Romanus, armis gravis & nandi pavidus: Germanos FLV-
MINIBVS SVETOS Levi-
tas armorum & proceritas corporum attollit.* HERO-
DIAN. L.VIII, *sunt*, ait, *Germani nandi peritissimi, ut qui in fluminibus tantum perlu-
untur.* De Francis quoque
SIDON. APOLLIN. *Pæ-
neg. Soceri:*

*Junctus tibi vincitur illic
Cursu Herulus, Chunnus
jaculis, Francusque
natatu.*

Et

bus id ludicrum est, ³ inter gladios se,
atque infestas frameas saltu jaciunt. Exer-
cita-

Et Carolum M. inter genti-
litia Exercitia FREQUEN-
TI NATATV corpus exer-
cuiffe, refert EGINHAR-
TVS in ipsius vita, Cap,
XXII. ubi vide pluribus BES-
SELIVM.

3. Inter gladios se atque
infestas frameas saltu jaci-
unt.) De Francis quoque
SIDON. APOLLIN.

*Excussisse citas partim per
inane bipennes,*

*Et plagæ præscisse locum,
clypeosque rotare,*

*Ludus, & intortas præce-
dere saltibus hastas*

*Inque hostem venisse prius.
Puerilibus annis*

Et belli maturus amor.

Ludum ejusmodi NITHAR-
DVS de dissensionibus fi-
liorum Ludovici Pii, apud
Pithoeum Script. Coæt. XII.
p. 474. ita describit. Ludos
etiam hoc ordine sæpe causa
exercitii frequentabant. Con-
veniebant autem quocunque
congruum spectaculo videba-
tur, & subsistente hinc inde
omni multitudine, primum
pari numero Saxonum, Wa-
sconorum, Austrasiorum,

Brittonorum ex utraque par-
te, veluti invicem adversari
sibi vellent, alter in alterum
veloci cursu ruebant. Hinc
pars terga versa umbonibus
ad socios insectantes evadere
se velle simulabant. At versa
vice iterum illos, quos fugie-
bant, persequi studebant, do-
nec novissime utrique Veges,
cum omni juventute ingenti
clamore equis emissis astutia
criqueantes exiliunt, & nunc
his nunc illis, terga dantibus,
insistunt. Eratque res digna
pro tanta Nobilitate nec non
& moderatione spectaculo.
Caveas autem, ne exer-
citia hæc militaria, quod
SCHV BARTVS facit diff.
de Ludis Equestribus confun-
das cum Torneamentis,
quæ fabulosus RVXNERI-
VS sub Henrico Aucepe insti-
tuta, rectius vero CANGI-
VS voc. Torneamentum & Cl.
GVNDLINGIVS lib. de
Henrico Aucepe Sec. XI. in
Gallia a Gaufrido de Pra-
liaco inventa fuisse docent.
admodum vero illis ex-
ercitiis similia fuerunt Sal-
tatio Græcorum armata
P Y R-

citatio artem paravit, ars decorem, ⁴ non in quæstum tamen aut mercedem. Quamvis audacis lasciviæ pretium est voluptas spectantium. ⁵ Aleam, (quod mirere) sobrii inter feria exercent, tanta lucrandi perdendique temeritate, ut, cum omnia defecerunt, extremo ac novissimo jactu ⁶ de libertate & de corpore contendant. Victus voluntariam servitutem adit. Quamvis junior, quamvis robustior, adligari se ac vinciri patitur. Ea est in re prava pervica-

PYRRICHA apud DION. HALIC. Lib. VI. p. 477. PLINIVM Lib. VII. c. 57. SVET. in *Cæsare* cap. 39. HIER. MERCVRIAL. Libr. II. cap. 6. MEVRS. in ORCHESTRA, voc. *αγοχη*. Ludus Trojæ, quem frequentissime edidit Augustus, vid. SVETON. in *ejus vita*, cap. 43.

4. Non in quæstum tamen aut mercedem.) Apud Romanos e contrario ludi quæstus plerumque ac mercedis causa exhibebantur; qua de re vide pluribus PETR. FABRVM in *Agonist.* Lib. III. 19. 20.

5. Aleam, quod mirere, sobrii inter feria exercent.) Romani vero hoc inter Cæ-

nam solebant facere. AVGVSTVS Imperat. in Epist. ad SVETON. in *ejus vita* cap. 71. *inter coenam*, ait, *lusimus γεγονηκως & heri & hodie. Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos singulis convivis dederam, si vellent inter se inter coenam vel talis vel impar ludere.*

6. De Libertate & Corpore contendant.) De Hunnis, Gente Scythica, ad quam Germani quoque suam originem referunt, AMBROSIVS in *Tobiam* Cap. XI. *Ferunt, scribit, Hunnos quum sine legibus vivant, aleæ solius legibus obedire, in prociñtu ludere tesseræ simul & arma prostare, & plures suis*

vicacia; ⁷ ipsi fidem vocant. Servos conditionis hujus ⁸ per commercia tradunt, ⁹ ut

fuis quam hostilibus interire, in Victoria sua Captivos fieri & spolia suorum perpeti, quæ pati ab hoste nequiverint. - frequenter autem tanto ardore capi, ut quum ea, quæ sola magna aestimant arma Victus tradiderit, ad unum aleæ jactum vitam suam potestati vel victoris, vel foeneratoris addicat. Denique constat, quod quidem & Imperatori Romano cognitus in fide pretium servitutis, quod sibi tali fortis superatus intulerat supplicii imperatæ mortis exsolverit. Idem de Americanis, Chinenfibus & aliis quibusdam populis referunt, PASCHASIVS JUSTVS de Alea L. I. GOUTIER SCHOUTEN Voyages T. I. THOM. HYDE de ludis Orientalum. Ebræis etiam se in servitutum addicere licuisse, docet SELDENVS de J. N. & G. Lib. VI. c. 7. Romanis autem id fas non fuit, quod libertatem rem inestimabilem, atque extra commercium esse crederent, unde & Vendito liberi homi-

nis nulla erat, atque illis, qui fraude pretiique participandi causa se passi fuerant vendi, in pænam irrogatum fuit, ut in Servitute manerent. SIGON. de antiq. jure Civ. Rom. Lib. I 6.

7. Fidem vocant,) cujus tenacissimi erant Germani. Nullos, enim, mortaliū, armis aut fide ante Germanos esse, in Populi Rom. Concione exclamarunt Frisiorum Legati, Veritus & Malorix apud AVCTOREM Annal. XIII. 54. unde factum, ut Imperatores Romani corporis sui custodiam Germanis militibus commiserint, (v. HADR. JUNIVS in Bav. cap. V. HERTIVS in Notit. Vet. Germ. cap. III. §. 7.) atque in proverbium abierit apud Germanos ein Wort, ein Wort, ein Mann, ein Mann. De quo idem præclarus Jctus in Parræmiis juris N. XII.

8. Per Commercium tradunt.) Permutatione videlicet, qua

⁹ ut se quoque pudore victoriæ exsolvant.

C A P V T X X V .

de

*Germanorum Servis, Libertis
& Libertinis.*

Ceteris ^⁹ Servis, non in nostrum morem descri-

qua olim apud Germanos commercia facta fuisse Auctor *supra* Cap. V. commemoravit. Servorum hæc permutatio sequenti tempore quoque in usu mansit, atque *Concambii Servorum* nomine venit, cujus varia exempla refert JOACH. POTGIERSERVS de *Conditione & Statu Servorum* Lib. II. cap. 5.

⁹. *Ut se quoque pudore victoriæ exsolvant.*) Ipsi Germani temeraria hac ratione libertatē perdere, si non penitus iniquum, saltem inhonestum duxerunt. Ceterum in aleæ aliorumque ludorum genera severiores sunt, atque vix ullis illorum locum relinquunt, DANIEL SOVERTERVS in *Palamede* seu de *alea & variis ludis* L. III. TREMBLOUR *Con-*

versations sur les jeux & les divertissements, JOH. BAPTISTA THIERS *traité des jeux &c.* Cl. BVDDEVS *Theol. moral.* Sect. 26. cap. 3. Extra vero memoratum apud Germanos similesque detestandos abusus, nec jure naturali, neque divino, aleæ vel alios ludos esse illicitos, docent GEORG. BEYERVS *Delineat. Juris Civil. ad Pandectas de Fugitivis & Aleatoribus* p. 235. & de *Republ. literaria* meritissimus JOH. BARBEYRAC, *Traité du Jeu*, Lib. I. cap. 1. & 3. Sapientissime tamen Legibus Civilibus ludos temperari idem Lib. III. c. ult. monet, exemplisque Legum Romanarum id comprobatur.

I. *Ceteris Servis.*) Qui videlicet non alea, sed vel

K

permuta-

descriptis per familiam ministeriis ² utuntur. Suam quisque sedem, suos Penates regit.

permutatione vel bello erant acquisiti, vel sua sponte inopia coacti aliis in servitutem se addixerant, CAESAR Lib. VI. 13. TACIT. Annal. IV. 72. Oblati medio ævo dicti, quibus accesserunt servi Obnoxiati s. ex delicto, matrimonio cum ancilla, nativitate, in servitutem traditi, ut pluribus exponit POTGIESE-RVS Lib. I. §. 53. ILL. THOMASIVS dissert. de Usu pract. distinct. Hom. in liberos & servos.

2. *Descriptis per familiam ministeriis.)* Quæ luxu invalescente pene innumera erant apud Romanos. In familia enim URBANA officia præstabant servi Medici, Chirurghi, Ustores, Unctores, Balneatores, Tonsores, Coqui, Offarii, Pistores, Focarii, Venatores, Ministri Convivales, Obsonatores, Invitatores, Infectores, Lecti-Sterniatores, Structores, Prægestatores, auro & argento Præpositi, Ministratores poculorum, pueri ad Cyathum

& Vinum, Muscarum abactores, Servi a matula, Symphoniaci, Cithardæi, Tibicines, Organi, Comædi, Histriones, Moriones, Nani, Scurræ, Mediastini, Suppellecticarii, Vestiarii, Janitores, Clavicularii, a Bibliothecis, Notarii, Antiquarii, Tabellarii, Scribæ, Grammatici, Pædagogi, Magistri, Armigeri, Antambulones, Pedisequi, Adversitores, Lecticarii, Nomenclatores, Cursores, Actores, Arcarii, Rationatores, Negotiatores, Institores, Artifices, Funambuli, Fullones, Sutores, Textores, Solearii, Eunuchi. &c. In familia RVSTICA erant Atrieneses, Pistores, Focarii, Cellarii, Operarii, Textores, Coloni, Fossores, Ergastularii, Aratores, Jugarii, Bubuli, Tonsores ovium, Opiliones, Monitores, Dispensatores, Olivitores, Servi doliarii, Vinitores, ejusque farinæ plures alii, de quibus ut & Servis publicis v. LAUR. PIGNORIVS Libro de Servis

regit. Frumenti ³ modum Dominus, aut
⁴ pe-

Servis eorumque apud Veteres Ministeriis, & TITVS POPMA de Operis Servorum, conjunctim editi Amstelodami 1672. aliique, quos Cl. FABRICIVS recensuit in Bibliographia antiqua. Cap. XV. Quod ad Medicos attinet, quos initio commemoravimus, Servos tantum eos fuisse Robortellus asseverat, adversus quem ejusque affectas CAROLVS DRELCINCOVRTIVS in Apologia Medica injuriam Medicis fieri contendit, Exemplis & Testimoniis productis, quibus appareat, Medicos in summo honore atque Amicos quoque Imperatorum habitos fuisse. Etsi vero hæc ita sint, atque Augustus Medicos valde honoraverit, ex quo Antonius Musa cum Sanitati restituerat, ut refert DIO Lib. 43. olim tamen ars Medica Officium Servile fuit, atque sub Imperatoribus adhuc mansit, quippe cum Imperator Justinianus l. i. §. 5. Cod. de Comm. Serv. manumiss. reliquis Servis eos solum præferat, atque

majus eorum pretium constituat. Sin autem, verba ejus sunt, *Notarius sit vel Medicus sive masculus sive femina; Notarius quidem usque ad quinquaginta, Medicus autem usque ad sexaginta taxetur.* Ceterum Germani etiam. ex quo a veteri vivendi simplicitate recesserunt & luxui se dederunt, varii generis servos aluerunt, quorum illi, qui Officia domus præstabant, Ministeriales atque *Gasindi*, unde nostrum *Gesinde*; qui vero prædia colebant, *Coloni, Casati, Liti, Mansionarii* dicebantur, de quibus aliisque Servorum speciebus V. POTGIESERVS L. I. c. 3. & lib. II. c. 3. §. 3. HERTIVS de *Homin. propriis* Sect. I. §. 2.

3. *Frumenti modum.*) Antiquissimum hoc tributum genus est, cui vero successu temporis accessere tum Pensiones aliæ, tum operæ quoque præstandæ varii nominis, de quibus prolixè POTGIESERVS L. II. 3. & 4.

⁴ pecoris, aut vestis, ut Colono⁵ injungit: & Servus haftenus⁶ paret. Cetera⁷ domus Officia uxor ac liberi exsequuntur.

4. *Aut pecoris, aut Vestis.*) Ortum procul dubio hinc fuit jus MORTUARIUM seu CYRMEDAE (a Röbren, eligere) vi cujus Domino jus competit, tamquam ultimum Censum auferendi e bonis defuncti hominis proprii, optimum Equum, vel si is desit, optimum caput pecoris, vulgo den Hauptfall, vel vestem optimam, si femina moriatur, den Gewandfall; de quo pluribus differunt HARPRECHT, dissert. de mortuario. HERTIVS diff. de Hom. propr. Sect. III. §. 9. POTGIESERVS Lib. II. c. 2.

5. *Ut Colono injungit.*) Coloni Romanorum, cum quibus Auctor servos Germanorum comparat, Genus erant Servorum, qui Dominis suis certum Censum praestabant, ceterum vero proprii quid habebant, atque connubia inire poterant, eaque de causa ingenui videbantur; de quibus vid. L. un. Cod. de Colon. Thracens. l. 2. Cod. in qui-

bus causis Colon. Censu Dominos accusare possunt, & ILL. THOMAS. diff. de Ufu Pract. Distinct. Homin. in Liberos & Servos C. I. §. XVI. XVII. & XVIII. ut ita parum discriminis sit inter antiquos Servos Germanorum & Rusticos hodiernos.

6. *Et Servus haftenus paret.*) Successu temporis tamen servi Germanorum deteriores, quandoque conditionis, quam Coloni & Servi Romanorum fuerunt. Cum enim homines liberi, qui cum Servis & ancillis connubia iniverant, Libertatem suam apud Romanos perdiderint, Legibus quibusdam Germanorum poena Capitalis in utrosque fuit statuta. POTGIESERVS Lib. II. cap. I. §. 7.

7. *Cetera domus Officia Uxor & Liberi exsequuntur.*) More tamen Romanorum Germani quoque, cum luxus apud eos invalesceret, Servos & ancillas ad Officia ejusmodi adhibuerunt. Ancillae Vestiariae LEG. A-

tur. Verberare ⁸ Servum ac vinculis & opere coercere, rarum. Occidere solent, non disciplina ac servitute, sed impetu & ira

LEM. Tit. 8. §. 1. *Servis Beneficium* LEG. BVRGVND. Tit. 10. §. 1. mentionem faciunt.

8. *Verberare Servum ac vinculis ac opere coercere rarum.*) Servi Romanorum durissime fuerunt habiti, atque Servius Tullius jam eos solos in Festis Compitalibus ministrare, atque per illos dies omni servitutis nexu liberari voluit, ut humanitate ista, cui magnum quid & venerandum inest, mansuetiores redditi, Dominos cariores haberent & levius ferrent suæ fortunæ *inclementiam*. v. DION. HALICARN. Lib. V. n. 163. Servi non agnoscebantur pro hominibus, sed pecudum loco habebantur. vid. l. 2. ff. ad L. *Aquiliam*. Unde Matrona Romana apud JUVENALEM *Satyra* VI. v. 221. ex Marito quærit:

O demens! ita Servus homo est?

Neque solum durissimis modis, stimulis, crucibus,

nervis, compedibus, catenis, carceribus, numellis, pedicis, tortoribus, suspensis e pedibus centupondiis, &c. castigabantur servi, sed & pro Dominorum arbitrio & voluptate bestiis obiciebantur, atque atrocissimis suppliciis afficiebantur, ut pluribus refert LAVRENT. PIGNORIVS *cit. lib.* atque exemplis constat apud SENECAM de *ira* III. §. 30. TERTULLIANVM de *Pallio* in f. Quæ dira immanitas coercita fuit Legibus Imperatorum, Augusti primum, ut Lipsius censet ad SEN. de *Beneficiis* III. 22. dein Claudii, SVET. in ejus vita cap. XXV. DIO CASS. LX. atque inprimis JUNIA PETRONIA v. *Leg. 1. 2. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* quam Hadrianus confirmavit, SPART. in *Hadr.* XVIII. quibus successerunt constitutiones D. Pii, qui pœnam Legis Cornelix iis minatur, qui Servos sine justa causa occidissent. v. l. 1. §. 2. & l. 2.

ira ut inimicum, nisi quod impune. 9 Liberti

de his, qui sui vel alieni juris sunt; ac denique Constantini, qui sanxit, ut eandem pœnam subiret Dominus, qui Servum suum castigando occidisset; ordinaria vero homicidii pœna plecteretur, si tormentis aut destinato Consilio id factum; vid. L. un. Cod. de emend. Servorum. & JAC. GOTH. ad L. 1. & 2. Cod. Theod. de emend. Serv.

9. Liberti) ex Servitute manumissi, quod apud Romanos olim Domino volente, vel per censum iustitiam, vel vindictam, vel Testamentum, postea sub Imperatoribus Christianis, vel per tabulas jussu Domini in S. S. Ecclesiis recitatis, & a Clero signatis, vel per Epistolam, vel inter amicos, Servo in Convivium admisso, nonnunquam etiam invito Domino ipsoque jure factum, ut pluribus referunt LAUR. PIGNORIVS l. c. ILL. THOMASIVS de Ufu Prædic. distinct. inter ingenuos & Libertinos Cap. 1. a §. IV. ad XIV. Cl. HEINECCIUS

Antiqu. Rom. Synt. ad Instit. L. I. Tit. IV. & V. Quibus vero modis apud Germanos Servi olim libertatem suam fuerint consecuti, non æque constat. Sub Francis manumissio Servorum facta VOLUNTIBVS DOMINIS, vel secundum LEGEM SALICAM, jacto ante Regem denario, aut excusso nummo e manibus Servorum, qui hinc Denariales appellati fuerunt, vid. LEG. SALIC. T. XXX. Leg. Rip. Tit. LVII. POTGIES. Lib. III. c. 2. vel secundum LEGEM ROMANAM, quando Dominus Servum suum ad Ecclesiam ducebat, atque illum libello tradito manumitti rogabat, in cuius rei fidem ab Archidiacono Tabulæ scribebantur, a quibus ejusmodi Liberti TABVLARII, sive CHARTVLARII nomen acceperunt. v. LEG. RIP. Tit. LVIII. POTGIESER. Lib. III. cap. 2. vel per CHARTAM & Epistolam, ut cum Bignonio apud Baluz. T. II. fol. 904. 945. POTGIES. Lib. III. c. 9, 10, 11.

berti non multum ¹⁰ supra servos sunt, raro aliquod momentum in domo, ¹¹ nunquam

12. censet, quos vero modos cum manumissione in Ecclesia, ad quam Epistola requirebatur, confundi putat Ill. THOMASIVS d. diss. cap. 2. §. II. Manumissionem tamen per Epistolam a manumissione in Ecclesia distinctam fuisse VADIANVS testatur, qui *de Colleg. & Monast. ætate*, scribit, *nostra manumittendi facultas ita privatim admissa & ad Dominos relata est, ut neque in Ecclesia, quod sciam, neque coram Principe, sed literis tantum, ac non raro cuique etiam absenti demissis peragatur.* INVITIS DOMINIS, ipsoque jure Servi libertatem recuperabant, vel delatione Criminis, vel delicto Dominorum in se commisso, vel si Judæis venderentur &c. POTGIESER. Lib. III. cap. 17. De aliis, qui Anglis & Longobardis proprii fuerunt, manumittendi modis in Comitatus Mallo, Hundredo, Mercato, per impans sive Votum Regis, per quartam manum, per arma

&c, IDEM Lib. III. cap. IV. V. VI. VII. VIII.

10. *Non multum supra servos sunt.*) Sub Francis Liberti DENARIALES sive CHARTVLARII non nisi admodum raro plenam libertatem atque ingenuitatem consecuti fuerunt, sed, si a Laicis manumittebantur, per denarium, instar mansueriorum Patrono de manso s. fundo suo certum censum, atque operas rusticas adhuc præstare debebant, neque vel hereditatem acquirere, vel testimonium contra ingenuum dicere poterant, nec ipsi, nec ipsorum Liberi ad tertiam usque generationem. A Clericis vero Servi nunquam, nisi ea Conditione manumittebantur, ut Ecclesiæ servirent, quod pluribus egregie exsequitur Ill. THOMASIVS d. Diss. cap. 2. §. XIII. & seqq. POTGIESERVS Lib. III. cap. 20.

11. *Nunquam in Civitate.*) Qui plenam Libertatem

quam in Civitate, ¹² exceptis duntaxat iis
Gentibus quæ regnantur. Ibi enim & su-
per ¹³ ingenuos & super nobiles adscen-
dunt:

consecuti erant, cum ni-
hil agri haberent, ad Ur-
bes condendas sub Francis
adhibitos fuisse, atque opi-
ficia & Mercaturam exer-
cuisse, LEHMANNVS in
Chron. Spir. Lib. VI. c. 20.
refert, atque adversus CON-
RINGIVM, qui in *diff.*
de Urbibus Germ. ab inge-
nuis id quoque factum fuis-
se putavit, ILL. THOMAS.
diff. de jure dandæ Civitatis
Stat. Imper. Compet. §. 27.
contendit, indeque, ex
quo videlicet Civici quo-
que Ordinis homines ad
officia publica admoti fue-
runt, æmulationem inter
hos & Nobiles arcessendam
idem monet in *diff. de Us.*
Pract. dist. inter ingenuos &
Libertos Cap. II. XXXIII.
Vide quoque POTGIESE-
RVM lib. I. c. 2. §. 44. Vi-
detur autem Tacitus hoc lo-
co Romanos notare, apud
quos ex instituto Servii Tullii,
qui ipse Libertinæ Condi-
tionis fuit, Liberti non so-
lum Libertatem, sed & Ser-
vitutis jura consequeban-

tur, quod sub Imperatori-
bus per Leges Æliam Sen-
tiam & Juliam Norbanam
præcipue temperatum, a
Justiniano vero iterum con-
firmatum fuit, omni dis-
crimine inter ingenuos &
Libertos sublato, per *L. un.*
Cod. de dedit. Lib. toll. & *L.*
un. Cod. de Lat. lib. toll. de
quo vid. pluribus III. THO-
MAS. d. *diff. Cap. I. §. 19.* &
seq. Cl. HEINECCIUM *Antiq.*
Rom. Syst. ad *Instit. l. I. tit. V.*
^{12.} *Exceptis tantum iis gen-*
tibus, quæ regnantur.) Non
intelligit Auctor Romanos
aliasque Gentes, quæ Re-
gio Imperio subjectæ sunt,
ut censet POTGIESERVVS
lib. III. cap. 20. §. 2. sed ipsos
Germaniæ Populos, qui Re-
gibus parebant. Vide quæ di-
ximus supra Cap. VII. & XI.
quamvis utrinque eadem ra-
tio, præprimis sub malis
Principibus qui omnia fere
arbitrio suo agere solent,
vid. *not. præced.*

^{13.} *Super ingenuos & super*
Nobiles.) Fuere itaque jux-
ta Auctorem quatuor ho-
minum

dunt: apud ceteros impares ¹⁴ LIBERTINI Libertatis ¹⁵ argumentum sunt.

CAPVT

minum Ordines, *Servi, Liberti, Ingenui & Nobiles*: quem HACHENEERGIUS *Germ. Med. Dissert. 2.* aliique sequuntur, sed ex more Romanorum, apud quos Ingenui ab Ordine Equestri erant distincti. Germani vero erant vel Servi, vel Liberti, vel Ingenui, inter hos vero nobiles dicebantur, qui virtute militari aliis præstabant, nulla adhuc cum Nobilitate hereditaria. Neque apud Francos *Frilingos & Adelingos* diversos Ordines fuisse aduersus Hachenbergium Ill. THOMASIVS *dissert. cit. l. 27.* bene monet.

14. *Impares Libertini.*) Libertini olim, qui ex Libertis nati erant, vocabantur; ut *Censorinus* notat *Censoris, Augurinus, Au-*

guris filium, teste SVETONIO, qui *in vita Claudii* Cap. XXIV. temporibus, scribit, *Arpii, Coeci, Censoris & deinceps aliquamdiu Libertos dictos, non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos,* sequente autem tempore Libertorum & Libertinorum nomina promiscue fuere accepta, præcipue a Jure - Consultis Romanis, de quo vid. pluribus TORRENT. ad Suetonium l. c. & OISELIUM *ad Caji instit. lib. 1. p. 7.*

15. *Libertatis argumentum sunt.*) id est quanti æstimeretur ab illis gentibus ingenuitas & libertas, ex eo apparet, quod manumissos e Servitute ad officia publica in Civitate hæud admiserint.

CAPUT XXVI.

de

*Germanorum in Contractibus Æquitate,
& Agriculturæ Studio.*

Foenus ¹ agitare, & usuras extendere ignotum: ideoque magis fervatur, quam ² si

i. Foenus agitare & in usuras extendere ignotum.) Notat Auctor Romanos, apud quos Usuria pravitas multas seditiones excitavit, atque Legibus Servii Tullii, XII. Tab. Genucia, Sempronia, Gabinia, Edictis Prætorum reprimi haud potuit; quorum motuum Summam AUCTOR Annal. VI. 16. ita exhibet: Interea magna vis accusatorum in eos irrupit, qui pecunias fœnore aufertabant, adversum Legem Dictatoris Cæsaris, quæ de modo credendi possidendi-que intra Italiam cavetur, omissam olim quia privato usui bonum publicum postponitur: Sane vetus Urbi fœnebre malum, & seditionum discordiarumque creberrima causa: eoque cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus. Nam primo

XII. Tabulis sanctum ne quis unciaro fœnore amplius exerce- ret, cum antea ex libidine locupletium agigaretur, dein rogatione Tribunitia ad semuncias redacta; postremo vetita versura, multisque plebiscitis obviam itum fraudibus, quæ totiens repressæ miras per artes rursus oriebantur; sed tum Gracchus Prætor, cui ea quæstio evenerat, multitudine periclitantium subactus retulit ad Senatum, trepidique Patres (neque enim quisquam tali culpa vacuus) veniam a Principe petivere, & concedente, annus in posterum sexque menses danti, quæ secundum iussu Legis rationes familiares quisque componeret. Vide, qui hæc pluribus exponit, Clarissimum Virum, GERHARDUM NOODT de FOENORE ET USURIS l. II. 4.

Igno-

² si vetitum esset. ³ Agri pro numero cultorum ab universis per vices occupantur,

Ignotum autem fœnus erat Germanis, quia pecunia destituebantur, commerciaque cum aliis Gentibus non habebant, inter se vero rerum permutatione agebant.

2. *Quam si vetitum esset.*) Quod a Francorum Regibus factum fuit, Fisco addictis Fœnorum bonis, ut liquet ex Constitutionibus apud BALVZIVM, in *Capitularibus* T. I. p. 215. & Tom. II. p. 323. & 125. CANGIVM in *Glossario*, voce *Usurarii*. Ceterum Indi quoque teste ÆLIANO *Var. Histor.* Lib. IV. I. pecuniam fœnori non locabant, nec accipiebant; & apud Hebræos vetitæ erant usuræ, DEUTER. 23. 9. EXOD. 22. 25. LEVIT. 25. 35. An vero illicitæ sint, quod a Commentatoribus h. l. quæri solet, accerrime superiori Seculo disputatum, atque a quibusdam tam Synodorum, Juris Canonici, quam CATONIS de *Re Rustica*, ARISTOTELIS de *Republ.* c. 10. SE-

NECAE de *Beneficiis* L. VII. c. 10. LACTANTII *Divin. Instit.* Lib. VI. 18. AVGVSTINI *Psalms.* 128. CHRYSOSTOMI in *Matth.* 21. *homilia* 38. auctoritatibus, aliisque adductis rationibus fuit negatum. GROTIUS J. B. & P. lib. II. 12. §. 30. n. 9. non quidem jure naturali, sed ex legibus Hebræorum Christianis usuras illicitas esse contendit. Æquitatem vero illarum, post Salmasium, Schoekium, Gronovium, Puffendorffium de J. N. & G. l. V. 7. solide docuerunt Cl. NOODT lib. II. 4. & seqq. Illustr. a COCCEIVS differt. de *Anatocismo*. Grotium quoque in Commentario ad Luc. VI. 35. & in Epistola ad Salmasium Sententiam suam mutasse, observat Cl. BARBEYRA in *Notis* ad Grotium l. c.

3. *Agri pro numero Cultorum ab universis per vices occupantur.*) GROTIUS J. B. & P. lib. II. 8. §. 9. n. 1. PICHENA, CLVVERIVS, CON.

CONRINGIVS & KIRCH-
MAIERS per VICOS legen-
dum esse volunt, hoc sensu,
quod prima agri divisio
per vicos, altera inter sin-
gulos secundum dignationem
facta fuerit, quæ ratio etiam
cum illis melius convenit,
quæ CAESAR lib. VI. 22.
de Germanis refert: *Agric-
ulturæ, ait, non student,
majorque pars victus eo-
rum lacte & caseo & carne
consistit, neque quisquam
agri modum certum aut fi-
nes proprios habet, sed Ma-
gistratus ac Principes in an-
nos singulos Gentibus Co-
gnationibusque hominum qui
una caverunt, quantum
eis & quo loco visum est at-
tribuunt agri, atque anno
post alio transire cogunt. Ejus
rei multas afferunt causas; ne
assidua consuetudine capti stu-
dium belli gerendi agricultu-
ra commutent, ne latos fines
parare studeant, potentiores-
que humiliores possessionibus
expellant, ne accuratius ad
frigora atque æstus vitan-
dos ædificent; ne qua oria-
tur pecuniæ cupiditas, qua ex
re factiones dissensionesque
nascuntur, ut animi æquitate
plebem contineant, quum Su-*

*as quisque opes cum potentis-
simis æquari videat. Vide
quoque eundem Lib. IV. c.
1. ubi apud Suevos priva-
ti ac separati agri nihil
fuisse, refert. Ceterum ex
hoc Taciti loco GROTIUS
lib. II. 10. §. 19. & VIII.
9. n. 1. contendit populos
prius terras occupasse, nec
Imperio tantum, sed &
Dominio, quam in priva-
tos agri describerentur;
haud vero satis bene, quia
homines in Statu familia-
rum segregum, sive natu-
rali, primum vixerunt, at-
que ideo occupatio per
fundos prior fuit, quam
occupatio per Universitatem,
ut rectius censet HERTIUS
Notis ad PUFFENDOR-
FIVM de J. N. & G. lib.
IV. cap. 6. §. 3. neque ad-
stipulari possumus SCHIL-
TERO, qui Exercit. ad
Pand. IV. §. XIII. ex illa
Occupatione ab Universis
facta, & Cæsaris loco
supra adducto infert,
omnes agros Universitatis
& Pagi fuisse. Præterquam
enim quod Cæsar hoc lo-
co de Suevis tantum, ho-
rumque temporariis divi-
sionibus in expeditionibus
suis*

tur, quos mox inter se ⁴ juxta dignationem partiuntur; facilitatem partiendi camporum spatia præstant. ⁵ Arva per annos mutant, & superest ager. Nec enim cum ubertate, & amplitudine foli, labore contendunt, ut ⁶ pomaria conferant, & prata ⁷ separent, & hortos rigent. Sola terræ seges imperatur. Unde annum quoque ipsum

fuis loquatur, Occupatio per Universitatem non impedit Dominia Privatorum in res suas, uti nec supremum, quod Populo & Principibus in illas relictum manet Imperium. Quando itaque a Colonia quadam integra terra fuit occupata, jura, quæ Reipublicæ sunt in Sylvas, &c. cum Schiltero *ibidem*, aliisque ex ejusmodi occupatione per Universitatem; alias ex Concessione Principi a Populo facta cum HVBERO de *jure Civit.* lib. II. Sect. 4. c. 2. §. 18. arcesfenda putamus, nisi ill. Thomasi sententia in *Not. ibid.* magis arrideat.

4. *Juxta dignationem.*) Cæsaris ævo juxta verba ejus *Not. præced.* agri æqualiter fuerunt divisi,

quibus ut & mulctarum parte donisque, quæ sponte ipsis offerebantur, tum acquiescebant Principes. Vide, quæ supra diximus Cap. XII. & XV.

5. *Arva per annos mutant.*) Non ac si nullos penitus agros proprios habuerint, sed quod per vices eos coluerint, aliis in alterum annum relictis incultis, quod adhuc in multis locis fieri solet, atque *Brache liegen* dicitur.

6. *Pomaria conferant.*) Vide quæ diximus supra ad Cap. V.

7. *Prata separent & hortos rigent.*) CLVVERIVS Lib. I. p. 279. legit *prata rigent & hortos sepiant*, & rectius, quia horti proprie dicuntur *sepiri*, prata autem *rigari*, ductis fossis.

8. *Bona*

ipsum non in totidem digerunt species. Hiems, & Ver & Æstas intellectum & vocabula habent: Autumni perinde nomen ac bona^s ignorantur.

CAPVT XXVII.

de

Re Germanorum Funebri.

Funerum¹ nulla ambitio. Id solum observatur: ut corpora clarorum Virorum² cer-

8. *Bona ignorantur.*) Poma scilicet, uvæ aliique fructus, quos horti autumnis tempore proferre solent, unde illa anni pars *autumnus* ab *augmento frugum*, juxta *FESTVM*, dicitur, atque in nummo Imperat. Commodi apud *JAC. SPONIVM* Tom. 3. p. 186. inter quatuor anni tempora repræsentatur sub Symbolo Calathi frugum, quem juvenis in manibus tenet. Ast veram causam anni apud Germanos in tres partes olim divisi causam non fuisse, quod pomaria hortosque non habuerint, sed Celticas Gentes illam Consuetudinem

a Populis Orientis, qui annum in tres quoque partes diviserint, accepisse, existimat *CLYVERIVS* libr. I. 33. p. 279.

1. *Funerum nulla ambitio.*)

Romani e contrario ambitiosissimi erant circa funera divitum præsertim atque honoratiorum hominum, quorum Cadavera pretiosis primum oleis ungebantur, atque honestissima, qua usi erant defuncti, induta veste, omnium spectaculo in Vestibulo ædium aliquot dies exponebantur, cupresso funebri ante illas posita, postea die exequiarum Cadaver in lecto vel Lectica pretiosis

² certis lignis crementur. Struem rogi nec
vestibus

tiosis fragulis strata a propinquis vel aliis honestissimis Viris extra Urbem exportabatur, Siticine & Præficis a quibus defuncti laudes canebantur, Libertisque præcedentibus, Insigniis item honorum, spoliis hostium, donis militaribus ac majorum imaginibus prælatis, Propinquis vero & amicis lugubri habitu funus ad forum frequentibus, habitaque pro rostris Oratione in laudem defuncti, Cadaver dein pretiosis liquoribus adpersum cremabatur, positus circa rogam Cupressis vestibisque pretiosis, ornamentis, armis &c. in illum coniectis, juxta ac vel captivorum vel Servorum vel aliorum hominum inter se digladiantium sanguine, quo manes Defuncti placari credebantur, effuso. Cremato cadavere favilla in urnam collecta sepulchro inferebatur, atque Convivio denique comitatus excipiebatur; de quibus aliisque ceremoniis vide pluribus,

qui de funericus ac luctu Romanorum scripserunt, JOH. KIRCHMANNVM, JAC. GAUTHERIVM de *Jure manium*, multosque alios De Gallis puoque CAESAR lib. VI. 19. *Funera*, ait, *sunt pro cultu Gallorum magnifica & sumtuosa, omniaque quæ vivis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia; ac paulo supra hanc memoriam, Servi & Clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, justis funebribus confectis una cremabantur.*

2. *Certis lignis crementur.*)

Qui mos cum Gallis non solum, sed & aliis populis Celticis communis, ut CLVVERIVS lib. I. c. ult. multis adductis testimoniis probat, apud Germanos duravit ad tempora usque Caroli M. qui inter alias & hanc severissimam legem tulit apud BALVZIVM. T. I. p. 253. *Si quis Corpus defuncti hominis secundum ritum paganorum flamma consumi fecerit & ossa ejus ad cinerem redegerit capite punietur.* Quæ autem certa

vestibus nec odoribus cumulant. ³ Sua cuique arma, quorundam igni et equus adjicitur. ⁴ Sepulcrum cespes erigit. Monumentum

certa illa ligna fuerint, quibus Clarorum Virorum Corpora cremarunt, incertum est, nisi quod quercina fuisse videantur, Germanis præ ceteris sacra. Forte etiam Nobilium rogi majores & altiores fuerunt, uti in tumulis ac colibus sepulchralibus altitudinis quoque rationem habuerunt. Cineres quoque Cadaverum Germanorum asservatos fuisse, tot urnæ testantur sub ejusmodi tumulis repertæ, quos MARCVS VELSERVS *Chron. August.* p. 1. perperam existimavit limitum loco fuisse congestos, carbonibus, cineribus, testarum fragmentis, caleæ &c. injectis. Monumenta potius sepulchralia fuerunt, sub quibus urnæ cum favilla crematorum cadaverum reconditæ, sed incuria effodientium confractæ fuerunt. Neque existimandum est, tumulos istos & urnas Romanorum tantum fuisse, cum in Cim-

bria, Holsatia, Pomerania, Marchia Brandenburgensi, Silesia, Prussia aliisque locis reperiantur, quo Romani nunquam pervenerunt.

3. *Sua cuique arma.*) De Scythis, a quibus orti Germani, HERODOTVS IV. 71. *Sepeliunt, ait, cum Rege, qui vinum miscebat & coquum & equisonem & Ministrum & eum, qui erat a nunciis, nec non equos & aliarum rerum primitias, quin etiam phialas aureas.* In quibusdam tumulis hominum quoque aliorum, procul dubio propinquorum, *Sceleta* varii generis reperiuntur, ut & *Lapides*, quibus forte armorum loco, ut *offibus* primum, usi fuerunt Germani. Vide quæ supra ea de re diximus cap. 6.

4. *Sepulchrum cespes erigit.*) Cujusmodi tumulo extruendo ad condendas illic reliquias cæforum militum Varianorum Germanicum primum *Cespitem* posu-

numentorum arduum & ⁵ operosum honorem, ut gravem defunctis, adspernantur.

posuisse refert AVCTOR *Annal.* I. 62. quo autem defuncti nobiliores fuerant; tanto illis altiores extruxere tumulos, Scythas, Majores suos imitati, de quibus HERODOTVS Lib. IV. c. 71. *his actis, refert, humum certatim atque avide injiciunt cadaveri Regum suorum, cupientes tumulum quam maximum efficere.* De Chaucis PLINIVS H. N. lib. XVI. c. I. memorat, quod *altos obtinuerint tumulos aut tribunalia structa manibus.* Fuere quoque sepulchra alia aliis ampliora, atque communia omnibus in vico aliquo habitantibus, vel propria & peculiaris alicujus familiae, unde in quibusdam plures, in nonnullis vero pauciores ollae solent reperiri, ut pluribus referunt, qui de tumulis & urnis repertis scripserunt, de *Cimbricis* DAN. MAIOR in *Cimbria sua.* JAC. a MELLE in *Novis Maris Balth.* Mense Martio 1699. p. 88. & Julio p. 219. de *Fionensibus* MATTH.

HENR. SCHACHT in *idem Novis* 1700. p. 333. *de Bremens.* JOH. CHRIST. SCHVLENBURG, de *Venedicis* prope Luchoviam, GEORG. FRID. MITHOFIVS Epistola in *Collect. Etymol. Leibnitii* p. II. p. 335. atque de aliis pluribus Auctores a Cl. KEYSLERO *Antiq. Sept. & Celt.* p. 112. & seqq. commemorati, quibus adde Gl. SCHMINCKIVM *dissert. de Urnis Sepulchralibus & Armis lapideis Veterum Cattorum,* Marpurgi 1714. atque CHRIST. FRID. REVSCHIVM *de Tumulis & Urnis sepulchralibus in Prussia.*

5. *Et operosum honorem, ut gravem defunctis, adspernantur.*) Quandoque tamen tumulos sepulchrales vel muro cinxerunt, vel arboribus circumseperunt, vel immensae molis lapidibus circumdederunt. De monumentis ejusmodi faxeis, quae in Drentia, Twentia & tractu Bentheimensi, alibique reperiuntur, vide JOH. PICCAR-

tur. ⁶ Lamenta ac lacrymas cito; dolorem & tristitiam tarde deponunt. Feminis lugere honestum est; viris meminisse. Hæc in commune de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus. Nunc singularum gentium instituta, ritusque quatenus differant, quæ nationes e Germania in Gallias commigraverint, expediam.

C A P V T XXVIII.

de

Transitu Gallorum, aliorumque in Germaniam, itemque de Treveris, Nervii, Vangionibus, Trebocis, Nemetibus & Ubiis.

Validores olim Gallorum res fuisse, summus

DVM *Antiquit.* Cap. V. Cl.
KEYSLERVM *lib. cit.* Sect.
II. c. I.

6. *Lamenta & lachrymas.*)
Quia scilicet animas immortales esse credebant, de quo vide Lucani, aliorumque testimonia *supra* pag. 40. Scythicis iterum moribus. De Thracibus enim, Scythica natione, MELA *Libr. II. cap. II.* Una, ait, gens habitant Thraces aliis aliisque præditi & nominibus & mo-

ribus: alii redituras putant animas obeuntium; alii etsi non redeant, non extinguunt tamen, sed ad beatiora transire; alii emori quidem, sed id melius esse, quam vivere, itaque lugentur apud quosdam puerperia, nati que deflentur; Funera contra festiva sunt & veluti Sacra cantu lusuque celebrantur. Ne feminis quidem segnis est animus, super mortuorum Virorum Corpora interfici, simulque sepe-

mus auctorum ¹ Divus Julius tradit: eo-
que credibile est, etiam Gallos in Germa-
niam transgressos. Quantulum enim annis
obstabat, quo minus, ut quæque gens eva-
luerat, occuparet, permutaretque fedes
promiscuas adhuc, & nulla regnorum po-
tentia

*sepeliri, votum eximium ha-
bent. Vide quoque CLUVE-
RIVM Lib. I. c. 32. p. 266.*
I. Divus Julius tradit,) qui de B. G. l. VI. 24. fuit, in-
quit, antea tempus, quam Ger-
mani Gallos superarent & ul-
tro bella inferrent ac propter
hominum multitudinem agri-
que inopiam trans Rhenum
Colonias mitterent, itaque ea,
quæ fertilissima sunt Germa-
niæ loca circum Hercyniam
silvam, quam Eratoſtheni &
quibusdam Græcis fama no-
tam esse video, quam illi Or-
ciniam appellant, Volscæ Te-
ctosages occuparunt, atque
ibi confederunt, que Gens ad
hoc tempus iis sedibus se con-
tinet, summamque habet ju-
stitiæ & bellicæ laudis opinio-
nem. Nuncque in eadem ino-
pia, egestate, patientia,
qua Germani permanent, eo-
dem victu & cultu corporis
utuntur. Atque Cæsaris
procul dubio fide A V T O R

quoque in *vita Agricola* cap.
XI. Nam, ait, Gallos quoque
in bellis floruisse accepimus,
mox segnitia cum otio intra-
vit, amissa Virtute pariter
& libertate, quod Britan-
norum olim victis evenit.
Pluribus vero Scriptores Gal-
lici AEGIDIUS LAC-
CARRIVS in *Historia Co-
loniarum a Gallis in exteras
nationes missarum*, integro
libro primo, atque BODI-
NVS has Gallorum migra-
tiones in Germaniam confir-
mare studuerunt, ut Germa-
nos a Gallis ortos fuisse, at-
que his Proedriam, aliaque
jura in Germanos inde elice-
rent; sed nullo idoneo
argumento. Etsi enim de-
tur, quasdam Gallorum
Colonias in Germaniam
olim profectas fuisse, Origi-
nem tamen omnes Germa-
nos Gallis propterea debe-
re, æque absurdum esset,
quam a Slavis, ex quo

tentia divisas? Igitur inter² Hercyniam Sylvam, Rhenumque & Mœnum amnes

hi in Germaniam transierunt, illam arcessere. Vero e contra longe est similis, Gallos a Germanis ortos fuisse, quia Populi ex Oriente per Sarmatiam in Germaniam primum, atque hinc in Galliam & reliquas Regiones Occidentales migrarunt, qua de re vide, quæ *cap. 2.* diximus. Ineptissimum vero est, ex antiquis atque incertis gentium migrationibus & Originibus aliarum in alias jura derivare, ut recte monuit Illustris Vir, LVDOVICVS de BERGER in *Animadversionibus* suis ad Illustr. a COCCEII *Juris publici prudentiam* p. 10.

2. *Igitur inter Hercyniam Sylvam Rhenumque & Mœnum amnes Helvetii.*) Helvetios origine Gallos esse, atque ex pristinis suis sedibus intra montem Juram, flumen Rhodanum, Lacum Lemannum, Rhenumque in Germaniam migrasse, CAESAR de B. G. Lib. VI. c. 20. auctor est, quem STRABO Lib. IV. PLI-

NIVS Lib. IV. 17. TACITVS Hist. Lib. 67. & PTOLEM. Lib. II. secuti sunt, sed nullo vel temporis vel causæ, quibus illorum migratio in Germaniam acciderit, mentione facta, nisi quod recentiores Auctores sub Tarquinio Prisco, Duce Sigoveso, eos in Germaniam transiisse ex Livio, Lib. V. 33. conjiciant; magisque Gallicam illam Helvetiorum originem dubiam facit, quod Galli & Germani communi Gallorum nomine olim fuerint appellati; cui accedit, quod Helvetiorum lingua, studium rei militaris, latrocinia, alique mores, quibus describuntur, eos potius Germanos origine fuisse, innuant, ut pluribus contendunt AVENTINVS *Annal. Bojor.* Lib. I. 6. PEVTINGERVS, CRVSIVS *Annal.* Lib. II. 5. Ill. COCCEIVS J. P. *Proleg.* § 16. Quicquid vero ejus rei sit, cladibus in expeditione cum Cimbris & Teutonibus, ut & a Cesare, cum
in

amnes Helvetii, ³ ulteriora Boji, Gallica
 utraque Gens, tenuere. Manet adhuc
⁴ Boje-

in Galliam reverti vellent, acceptis, adeo diminuti fuerunt Helvetii, ut magna deferta apud ipsos fuerint relicta, quæ non solum, sed & reliquas ditiones ad montem usque Juram ALEMANNI, Gens procul dubio Germanica, occuparunt, genusque suum & nomen illis Helvetiorum dititionibus intulerunt. Vid. HERTIVM in *Notit. Vet. Germ. Populorum* P. III. c. I. SPENERVM in *Notit. Germ. Antiq.* Lib. IV. cap. II. & Lib. VI. c. 4. Illustr. BERGERVM *lib. cit.* p. 2.

3. *Uteriora Boji, Gallica utraque gens.*) Bojos, validissimam Gentem, quæ non solum Germaniæ sed & Pannoniæ & Italiæ magnam partem tenuit, Gallos quoque origine fuisse, atque eodem, quo Helvetii tempore, ac ductu Sigovesi in Germaniam transisse, vulgaris est opinio, quam præter Scriptores rerum Bavaricarum, BRUNNERVM, VELSERVM ADLZREITERVM, CLVVE-

RIVS lib. III. 30. LACARRIVS *de Colon. Gall.* lib. I. 2. CELLAR. *Geogr. Antiq.* T. I. pag. 486. WERLHOFFIVS *Notit. Imp. Enucl. Spec. Sec.* pag. 30. aliique plures testimonio Cæsaris Lib. VI. 24. ac præcipue TACITI h. l. probare contendunt. Econtrario autem Bojos origine Germanos esse, Ill. a COCCEIVS J. P. *Prolegom.* §. 16. HERTIVS *l. cit.* P. III. cap. 2. §. 3. LEIBNITIVS *Præfat. ad Adlzreiteri Annales* existimant, ex nominibus Bojorum, ut & moribus ipsorum Germanicis, Gallis item & Germanis communi *Gallorum* appellatione, qua decepti Scriptores Romani populos atque res Germanorum Gallis adscripserint; præterea quod transitus Gallorum in Germaniam, ut a Livio refertur, confictus sit, quippe cum Galliam non reliquissent ejus incolæ; nisi seditionibus & necessitate compulsi, quibus denique accedit, quod Germani haud passuri fuissent,

⁴ *Bojemi* nomen, significatque loci veterem memoriam, ⁵ quamvis mutatis cultoribus. Sed utrum Avarisci in Pannoniam ⁶ ab Ofis, Germanorum natione, an Ofi
ab

a peregrino populo sedibus suis se expelli. Neque in contrariam sententiam adducta Cæsaris & Taciti testimonia sufficiunt, quippe cum Cæsar nullam Bojorum, sed Volscarum Teutofagium faciat mentionem; Tacitus vero ipse dubius hæreat circa illas Gallorum in Germaniam migrationes. Undecunque autem Bojorum arcessatur origo, Bojoarios certe, qui postea amplissimas inter Oenum Danubium & Lechum fluvios ditiones occuparunt, Germanos, nec cum Bojis etsi forte horum reliquæ quædam illis fuerint mixtæ, eosdem esse, satis abunde docuerunt ADRIAN. VALESIVS *Rer. Franc.* lib. 24. HERTIVS l. c. LEIBNITIVS l. c. & SPENERVS lib. V. 6.

4. *Bojemi nomen.*) VELLEIO PATERCVLO *Bojehemum*, STRABONII. VII. Βοϊαίμων & corrupte in qui-

busdam Exemplaribus Βοϊαίμων, Βοϊαίβον, Βοϊαίμον; PTOLEMAEO lib. II. Βοϊαίμων ex Bojenheim, *Bajorum Sedes*; & contracte Βοϊαίheim, Βοηheim, unde tandem vocabulum Βοηmen, ac medio ævo Incolarum Bohemix, *Bejamini, Bechaimi, Behemi, Behemanni, Boemanni, Behemanni* aliaque nomina ex prima appellatione Βοjenheim detorta fuerunt. vid. GOLDASTVS *de Regno Bohemix*, Lib. I. 4. §. 3.

5. *Quamvis mutatis Cultoribus.*) Bojis videlicet inde a Marcomannis pulsus, de quo *infra* Cap. XLII.

6. *Ofis Germanorum natione.*) At vero *infra* Cap. XLIII. Ofos, ait, *Pannonica lingua coarguit, non esse Germanos*, manifesta contradictione, nisi forte respectu domicilii h. l. Germani vocentur, qui respectu

ab Avariscis in Germaniam commigraverint, cum ⁷ eodem adhuc sermone, institutis, moribus utantur, incertum est: quia pari olim inopia ac libertate, eadem ⁸ utriusque ripæ bona malaque erant. ⁹ Treveri & ¹⁰ Ner-

ctu Originis Pannonii erant.

7. *Eodem adhuc Sermone.*) lingua nempe Pannonica, vid. *infra* Cap. XLIII.

8. *Utriusque ripæ.*) Danubii videlicet, in cuius ripa Septentrionali versus Moraviam *Osi*, Meridionali autem *Aravisci* videntur habitasse; vid. pluribus *infra* Cap. XLIII.

9. *Treveri.*) Ita vocali secunda ab Auctore *Hist.* lib. III. 35. & IV. 70. *PLINIO* libr. IV. 17. *POMPONIO MELA* libr. II. 2. & Inscriptionibus quoque; a Cæsare autem *B. G.* lib. II. 24. V. 3. *CICERONE* *Epist.* VI. 13. & *PTOLEMAEO* *Treviri* vocali tertia appellantur, forte a fide, die Treuen. Finibus suis ad Rhenum extensis, in clientela sua habuisse Segnos & Condrufos *CAESAR* lib. VI. 32. *coll.* lib. IV. 6. innuit. *PLINIO*

teste l. c. liberi & Socii quasi Romanorum ad tempora usque Vespasiani manserunt, sub quo cum adversus Romanos una cum Batavis conspirassent, libertate privati fuerunt. *Vit. TACITVS* *Hist.* Lib. IV. 71. Oppidum ipsorum primarium fuit *AVGVSTA TREVIRORVM*, quam *POMPONIUS MELA* L. III. 2. inter *Opulentissimas* Urbes refert, *SALV. MASSIL.* Lib. IV. *de Gubern. Dei, Excellentissimam*, atque *GRATIANS IMPERAT.* Leg. II. *Cod. Theodos.* de *Medicis, Clarissimam* Civitatem vocant, ab Augusto videlicet Conditore, atque Præfectorum non solum Prætorio, sed & ipsorum Imperatorum, ut ex multis legibus ibi latis constat, & Episcoporum sede. Vid. *JAC. GOTHOFREDOVS* *Topograph. Cod. Theodos.* & *HADRIANVS VA-*

¹⁰ Nervii circa ¹¹ affectationem Germanicæ Originis ultro ambitiosi sunt, tamquam per hanc gloriam sanguinis, a similitudine & inertia Gallorum separentur. Ipsam Rheni ripam haud ¹² dubie Germanorum populi

LESIVS Lib. 3. *Rev. Franc.*
CLVVER. *Germ. Antiq.*
Lib. II. 13. CELLAR. *Geograph. Antiq.* lib. VI. 5. 7.
M. ALTING. qui situm & fines Trevirorum exacte descripsit, *Tab. Geogr.* I.

10. *Nervii.*) Germanicæ Originis populus, atque Treviris finitimus, ut STRABO libr. IV. diserte testatur. CLVVERIVS lib. II. 22. eos collocat in tractu Comitatus Namurcensis, inferioris Burgundiæ, Hannoniæ & Piccardiæ parte. Certe amplas ditiones possederunt, atque sub Imperio suo tenuerunt, Centrones, Grudios, Levacos, Plemasios, Gerdunos, ut CAESAR refert lib. V. 39. Quos quinque Nerviorum Clientelares populos communi nomine *Succunes* apud PLINIVM lib. IV. 17. vocari putat CLVVERIVS, atque singulis suos fines,

sed ex ingenuo suo assignat, Lib. II. 13.

11. *Circa affectationem Germanicæ Originis ultro ambitiosi sunt.*) Origine Gallos fuisse, affectatione autem Germanos se dixisse KIRCHMAIERVS h. l. censet; sed cum præter STRABONEM l. c. PTOLEMAEVS quoque & AMMIANVS MARCELLINVS eos Germanos fuisse scribant, id omnino dicere voluit Tacitus, tantum abesse, ut Populi illi Originem suam negaverint, ut potius Gloriæ suæ illam duxerint.

12. *Haud dubie Germanorum Populi.*) Cæsari de Belgis quærenti responderunt Rhemorum Legati, *plerosque Belgas esse ortos a Germanis, Rhenumque antiquitus transductos propter loci fertilitatem ibi consedis- se, Gallosque, qui ea loca in-*
cole-

li colunt, ¹³ Vangiones, Triboci, Nemetes. Ubii quidem, quamquam Romana colonia

colerent, expulisse, de B. G. Lib. II. 4. PLINIUS quoque Lib. IV. 17. *Rhenum*, ait, *accolentes Germaniæ Gentium in eadem Provincia* (Belgica) *Nemetes, Triboci, Vangiones, hinc Ubii, Colonia Agrippinensis, Gugerni, Batavi.* Ariovisti quoque exercitui interfuisse *Triboccos, Vangiones & Nemetes* CAESAR refert Lib. I. 51. Atque hinc tractus Galliæ Belgicæ Rheno vicinus GERMANIAE nomen accepit, teste DIONE, qui libr. 53. *Celtæ*, ait, *quidam, quos Germanos vocamus, quum omnem Celticam regionem, quæ ad Rhenum est, occupassent, effecerunt, ut ea Germania vocaretur SUPERIOR, quæ Rheni fontibus proprior est, INFERIOR, quæ ab hac usque ad Oceanum Britannicum se extendit.* PTOLEMAEVS lib. II. 9. *Pars, inquit, Regionis, quæ Rheno adjacet a mari ad Obringam flumen Germania dicitur inferior, pars autem ab Obringa ad Meridiem versus vocatur Germania superior.* Per flumen vero Ob-

ringam, quo utraque illa Germania discreta fuit, CELLARIUS *Not. Orb. Antiq.* Lib. II. 3. pag. 268. *Mosellam*, rectius vero CLYVERIVS Lib. II. 37. M. ALTINGIVS *Not. Germ. Infer.* pag. 78. fluvium *Aer*, qui ad Sincianum oppidum Rheno miscetur, intelligendum censet, *Obringam* appellatum ab ora Rheni superiori, Germanis *Ober-Rheingau*, & citatius, *Obringau*.

13. *Vangiones, Triboci, Nemetes.*) In recensione istorum Populorum Scriptores non eundem ordinem servant. PLINIUS l. c. in verso ordine utitur; PTOLEMAEVS Lib. II. 9. Vangiones inter Tribocos & Nemetes collocat. AVCTOR quoque *Hist.* Lib. IV. 70. bis in ordine eorum variat. Tutor, ait, *Treverorum copias recenti Vangionum, Caracatum, Tribocorum delectu auctas, Veterano pedite atque equite firmavit, corruptis spe aut metu subactis Legionariis, qui*

lonia esse meruerint, ac libentius ¹⁴ *Agrippinenses* Conditoris sui nomine vocentur, ¹⁵ *Origi-*

primo Cohortem præmissam a Septilio Felice interficiunt, mox ubi Duces Exercitusque Romani propinquabant honesto transfugio redire, secutis Trebocis, Vangionibusque & Caracatibus, Loco vero Caracatium & Caracatibus, quorum nullibi alias mentio fit, Nemetium & Nemetibus substituendum esse, haud immerito senset CLVERIVS Lib. II. 12. licet CELLARIUS Geogr. Antiq. T. I. p. 304. id improbet; cui tamen omnino adstipulamur, quod omnes illi Autores magis numeri istorum populorum, quam situs rationem habuerint. Constat vero is ex positione Urbium apud illos Populos, quippe cum in Tabula Peutingeriana & Itinerario Antonini Brocomacum & Halcebus Tribocorum, supra Noviomagum Nementum, infra autem hanc Borbetomagus Vagionum collocentur, atque hac ratione Vangiones in agro Wormatiensi, Nemetes in agro Spirensi & Triboci circa Argentoratum, quod Ptolemæus Vangionibus perperam adscribit, habitaverint, ut pluribus exequuntur CELLARIUS, CLVERIVS l. c. & SPENERVS Lib. IV. 5.

14. *Agrippinenses, Conditoris sui nomine.*) Oppidum vero ipsorum primarium *Colonia Agrippinensis*, vel simpliciter *Agrippinensis*, vel *Colonia & Civitas Agrippina*, vel *Agrippina Colonia*, vel *Colonia Agrippina Ubiorum*, unde voc. *Coln*, a Scriptoribus & in Numerorum Inscriptionibus vocatur, a Julia Agrippina, Uxore Claudii Imperatoris, atque Neronis Matre, quæ in memoriam natalium suorum Coloniam illuc traduxerat. Ita enim TACITVS *Annal. XII. 27. Agrippina, quo vim suam Sociis quoque nationibus ostenderet, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, Veteranos Coloniamque deduci impetrat, cui nomen inditum est ex Vocabulo ipsius.*

15. *Origi-*

¹⁵ Origine erubescunt, ¹⁶ transgressi olim, & experimento fidei, super ipsam Rheni, ripam collocati, ¹⁷ ut arcerent, non ut custodirentur.

CAPVT

15. *Origine erubescunt.*) Particulam negativam omis- sam, atque Gruterus & Gronovius, *ne Ubii quidem* &c. Colerus vero Lipsium secutus, *Origine non eru- bescent*, legendum censet; Conringius e contrario cum Salinerio nihil addendum esse, atque Ubios origine Coloniae suae erubuissse Tacitum innuere putant. Cum vero *origo* proprie ad Coloniae initium insolite refe- ratur, Gruteri & Gronovii Lectionem praefendam du- cimus.

16. *Transgressi olim.*) In Germania Trans - Rhenana inter Sigambros, Catts, Moenum & Rhenum olim habitant Ubii, e quibus vero sedibus, cum Germa- nis se exosos reddidissent favore erga Romanos, at- que a Cattis premerentur,

cis Rhenum migrarunt, atque Augusti Imperatoris auspiciis a M. Vipfiano Agrippa, avo Agrippinae, in Clientelam recepti fue- runt, ut pluribus referunt CAESAR, B.G. lib. I. 54. IV. 3. & 16. DIO CASSIUS libr. XLVIII. TACITVS *Annal.* XII. 27. Vide quoque, qui fines ipsorum, oppida cis Rhe- num, ac res olim gestas pluribus describunt, CL- VERIVM lib. III. 6. CEL- LAR. lib. II. 3. p. 326. SPE- NERVUM lib. IV. 3. & lib. VI. 5.

17. *Ut arcerent.*) tam- quam Civitas Romanis SO- CIA, TACITVS *Annal.* XIII. 57. Loco enim JO- HONVM, legendum UBIO- RVM, docet M. ALTI- N- GIVS in *Notit. Germ. In- ferioris.* p. 83. & seqq.

CAPVT XXIX.

de

Batavis, MATTIACIS & DECUMATIBUS.

Omniū harum Gentium Virtute præcipui Batavi¹ non multum ex ripa; sed Insulam Rheni amnis colunt, Cattorum² quondam Populus & seditione domestica

1. *Batavi.*) Quos alii a BATONE, Duce Colonizæ Cattorum, alii a Græca voce βᾶτος, terræ, quam incoluerunt, profunditate; M. ALTINGIUS l. c. p. 15. quasi Batten-auer a Battis, Cattorum parte ad Adranam fluvium, dictos existimant. Vero nobis similis est, a Batavia Insula, quam occuparunt, ita eos appellatos, illi vero nomen inditium fuisse a fertilitate, Betaue (*optimus ager*) opposita ad *Veluam*, dictam a Bael-ue, terra viliore, eademque ratione, ut regiones, Nassau, Lemgau, Ringau, Hennegau, Westergau, vel a bonitate, vel a situ nomina sua acceperunt.

2. *Cattorum quondam Populus,*) quod ADRIANVS PAARSIUS, diligentissimus Antiquitatum Patriarum Scrutator, multorum Scriptorum consensu, Libro, *Catti Aborigines Batavorum*, confirmavit, atque loca etiam apud Batavos indicant, quæ a Cattis nomina sua acceperunt, cuiusmodi sunt Kattwyck utrumque ad Oceanum & Rhenum, Kattendregt prope Roterodamum, Kattenwoude in Bræfectura Bevervicensi, Kattenbroeck in Provincia Ultrajectina, Kattensand, Katerneße in finibus Flandriæ, aliaque plura.

3. *Sedi-*

ca in eas sedes transgressus, ³ in quibus pars
⁴ Romani Imperii fierent. Manet honos
⁵ & antiquæ Societatis insigne. Nam nec
⁶ tri-

3. *Seditione domestica in eas Sedes transgressus.*) Idem referens AUCTOR *Histor.* lib. IV. *Batavi*, ait, *donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum, seditione domestica pulsi extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, simulque Insulam inter vada sitam occupavere, quam Mare Oceanum a fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit.* Quando autem hæc migratio Cattorum facta fuerit, haud certo constat. Vide autem, quæ ea de re sunt Cl. Viri, IAC. GRO-NOVII, haud spernandas conjecturas in ejus Oratione, quam olim in Lugdunensi Athenæo habuit, atque mereri censuimus, ut in APPENDICE *infra* adjecto denuo recenseretur.

4. *In quibus pars Romani Imperii fierent.*) An Batavia in solo Gallico fuerit sita, an vero ad Germaniam pertinuerit? admodum disputatum fuit inter ADR. IVNIVM *in Batav.* cap. IV. & CLYVERIVM lib. II. 34.

quorum *hic* Galliæ Imperioque Romano, ille vero Germaniæ ac Libertati eam vindicavit, juxta Veterum Scriptorum de antiquis inter Germaniam Inferiorem & Galliam finibus diversa testimonia, quæ vero, uti conciliari possint, diximus *supra* Cap. I. p. 6.

5. *Manet honos & antiquæ Societatis Insigne.*) Batavi a Romanis Sociorum ac Fœderatorum loco habitos fuisse, Inscriptio apud IVNIVM in Batavia p. 34.

GENS BATAVORVM
 AMICI ET FRATRES
 ROMANI IMPERII;
 itemque alia apud GRV-
 TERVM fol. LXXII. No.
 IX.

CIV. BATAVI
 FRATRES ET AMICI
 P. R.

testantur. Præcipua quoque causa belli quod Cl. Civilis ductu moverunt Batavi, erat, quod non

ut

6 tributis contemnuntur, nec Publicanus atterit. Exempti Oneribus & Collationibus & tantum in usum proeliorum sepositi, 7 velut tela atque arma bellis reservantur. Eit in eodem obsequio & Mattiacorum 8 Gens; Protulit enim magnitudo Populi Romani ultra Rhenum, utraque veteres terminos Imperii reverentiam. Ita sede, finibusque in sua ripa, mente animoque nobiscum agunt,

ut Societas olim, sed tanquam mancipia haberentur, v. TACIT. Hist. Lib. IV. 14. & lib. V. 25. ubi Batavos his inter alia sermonibus se invicem ad pacem incitasse refert, *Respicerent Rætos, Noricosque & ceterorum onera Sociorum: Sibi non Tributa, sed Virtutem & Viros indici, proximum id libertati.* Quam vero Batavi olim sibi pacti fuerant libertatem, ut postea quoque conservarent, summo pere studuerunt, neque quieverunt, donec jugo, cui Hispaniæ Reges subicere eos volebant, excusso, se penitus in libertatem asseruerint, quod Annales Belgici Seculo XVI. & XVII. multis prædicant. De Batavorum Oppido Lug-

duno, Romæoburgo aliisque Castris & oppidis antiquis, vide M. ALTING. in Not. German. Infer. suis locis, CELLARIUM T. I. Lib. II. 3. p. 347. & seqq. SPENERUM Lib. VI. 5. p. 325.

6. Nam nec tributis &c.) Erant alias hæc onera, quæ subactis populis a Romanis imponi solebant. LIPSIVS de Magnit. Rom. Lib. II. 1. & seqq.

7. Velut tela atque arma.) AVTOR Histor. Lib. IV. 12. Viros tantum, ait, armaque Imperio ministrant diu Germanicis bellis exerciti, mox audta per Britanniam gloria transmissis illic cohortibus, quas Veteri Instituto Nobilissimi Popularem regebant. Erat & domi delectus Eques præcipuo nandi studio, arma equos-

gunt, cetera similes Batavis, nisi ⁹ quod ipso adhuc terræ suæ solo & cœlo acrius animantur. Non numeraverim inter Germaniæ Populos, quanquam trans Rhenum Danubi-

equosque retinens, integris turmis Rhenum perrumpere. Claudius Civilis sermone suo, quo *lib. cit. cap. 14.* Batavos adversus Romanos excitavit, esse sibi, gloriatur, *robur peditum Equitumque.* Vid. quæ pluribus de virtute Batavorum scribit ADRIANVS JUNIVS in Batavia Cap. V. Maritima in super militia celebres facti sunt, ex quo peculiari Republica instituta, commerciis in utramque Indiam se dederunt, virtutemque ipsorum marisæpius ingenti damno suo Hispani, Angli & Galli experti fuerunt.

8. *Mattiacorum Gens.*) Sunt qui Mattiacos juxta Batavos in Zelandia habitasse, atque ita ab usitatissimo adhuc in illis locis vocabulo, *Maats*, illos appellatos fuisse existimant; merito vero a MENS. ALTINGIO notantur, qui *Notit. Germ. Infer. p, 122,*

Mirandum, ait, qui Viri docti ob tantillam similitudinem vocis, quæ tamen in super Batavis & Frisiis ex æquo convenit, a mente Taciti M. G. cap. 29. adeo perspicue explicata, recedere potuerint! Diserte enim ille Mattiacorum Gentem, ultra Rhenum, ultraque Veteres terminos Imperii collocat, imo ne a Batavis quidem, solo Rheno divisam, a quo Lipsius in Notis ad d. l. non abhorruit, sed procul inde, Sua, id est Cattorum in terra, cujus solo & cælo acrius animantur, nimirum sicco inter montes magis, quam Batavi humido inter vada. Neque Plinius H. N. c. 31. 2. neque Ammianus Marcellinus Lib. 29. Mattiacis alias partes, quam trans Rhenum assignant. Regionem autem illorum fuisse partem, quæ hodie Wetteravia dicitur ab antiquo oppido Wetter, in cujus vicinia hodie recens veteri nomine: ex quo Romani forte

nubiumque confederint, eos ¹⁰ qui Decumates agros exercent. Levissimus quisque Gallorum, & inopia audax, dubiæ possessiones solum occupavere. Mox limite aucto promotisque præfidiis finus Imperii &

forte Mattium fecere, quod Tacito Annal l. i. c. 56. Gentis caput, W. ignota litera in M. mutata, & reliquis ad suum pronunciandi modum.

Qui enim Marpurgum ejusdem agri arcem & oppidum, vetus Mattium esse contendunt, quasi Matburgium, nec illi ignorant Marpurgio nomen esse a rivo Mar, qui arci Boreas, & a quo etiam vico Marbach, aliisque etymon. Sedes illas Mattiacorum Gentis, quas Ubiis expulsis versus inferiorem Rhenum magis extenderunt, PLINIUS quoque & AMM. MARCELL. confirmant, qui l. c. fontium calidorum & aquarum Mattiacarum mentionem faciunt, cujusmodi procul dubio sunt Wishadenses, ut Illustriss. Episcopus in Monument. Paderborn. p. 221. quoque existimat.

9. Nisi quod adhuc terræ suæ solo & cælo acrius ani-

mantur.) Id vult dicere Auctor, Mattiacos, quod Solum atque Cælum ipsis siccum fuerint, ferociores, nec tam moderatos erga Romanos fuisse, quam Batavos, qui humidius solum incolant. Ceterum quod Tacitus credidit, cæli atque soli, aerisque temperiem in corpora mentesque hominum vim habere, atque pro ejus diversitate in hominum corporibus sanguinis & humorum rationem oriri, indeque diversos in illorum animis affectus moresque Gentium arcessendos esse, jam olim agnoverunt ARISTOT. Probl. IV. 14. ubi optima, ait, temperies aeris, non corpori solum verum etiam hominis intelligentiæ prodest, decessus autem, omnes ut corporis ita etiam mentis temperamentum pervertunt, SENECA item Consol. ad Helv. L. 6. In-
genio

& pars ⁱⁱ Provinciæ habentur.

CAPUT XXX.

de

Cattorum Regione, Habitu ac Disciplina militari.

Ultra hos ⁱ Catti initium ² fedis ab

genia, inquit, hominum ad similitudinem Cœli sunt formata, & GALENVS libro de animi sui affectibus dignoscendis, inter recentiores vero egregie docuit Celebrissimus Medicus FRIDER. HOFFMANNVS, Disp. de Temperamento, fundamento Morum & Morborum in Gentibus.

10. *Eos qui Decumates agros exercent.)* Ubi hi Decumates agri collocandi sint, Rhenanus, alique Interpretes admodum hæsitant, sed frustra. Regionem enim a Tacito intra Danubium & Rhenum intelligi, ex eo liquet, quod populos illos trans Rhenum & Danubium ac supra Cattos in limite Imperii Romani ponat. Ceterum varios illos populos, qui Decu-

mates istos agros incoluerunt, Seculo tertio ALLEMANNOS, quasi *Ull-* sive *allerley Männer*, appellatos fuisse, CLVVERIO Lib. III. 4. & LACARRIO de *Colon. Gall.* Lib. I. 3. facile largimur.

II. *Pars Provinciæ.)*

RHAETIAE scilicet, de qua *infra* Cap. XLI. De Lupoduno Trajani, & Valentianiani, aliisque Castellis a Romanis in illo Decumatum tractu conditis, vide quæ multis differunt, CLVVERIVS lib. III. 4. CELLARIVS T. I. lib. II. 5. SPENERVS lib. IV. 1.

I. *Catti*) juxta LEIBNITIVM ad h. l. a *Kadden, felibus*, sive a *fadden, lacerare*, ita dicti, quod pro suis juribus acerrime pugnauerint, PLINIO *Chat.*

ab Hercynio saltu inchoant, non ita effusis ac palustribus locis, ut ceteræ Civitates, in quas Germania patefcit.
Durant

ti & fequiori ævo *Chaffi* & *Haffi*. Cæfari, & qui eum fequuntur, Svevorum nomine veniunt, an ex errore, an vero, quod Svevorum fines cis Hercyniam fylvam in Cattorum regionem fe extenderint, dubium eft, quamvis prius nobis videatur vero fimilius. Certe, quæ CAESAR de B. G. lib. I. c. 34, 54. lib. IV. c. 3. 18. & 19. lib. VI. 9. Florius lib. IV. 12. alique de Svevis referunt, non nifi de Cattis intelligi poff, CLVVERIVS lib. III. 5. & CELLARIUS T. I. lib. II. 5. p. 473. jam monuerunt.

2. *Initium fedis ab Hercynio saltu,*) five a Mæno versus AVSTRVM, versus ORIENTEM vero Salam fluvium, versus SEPTENTRIONEM, Sylvam Bacenim, atque versus OCCIDENTEM Rhenum, ex quo Ubios expulerant, fines Cattorum fuiſſe, fatiſ abunde jam docuerunt CLVVERIVS & CELLARIUS l. c. SPENE-

RVS l. IV. c. 3. p. 169. & *ſequent.* Ampliffima itaque Cattorum natio, ejusque Coloniae fuerunt præter Batavos, horum vicini CANINEFATES, quos HADRIAN. JUNIVS in *Batav.* c. 3. & c. 4. quali a devicta natione cuniculorum, quos captos devorent, Canine-Baters, vel Canine-Braters appellatos eſſe cenſuit, merito indignante M. ALTINGIO, qui *Not. Germ. infer.* p. 27. a Watten, quo vocabulo paluſtres & aqua ſuperfuſos agros vocare ſolent, & Kaye, *aggeribus*, quali Kaye Watten, ac voce ad indolem linguæ latinæ paulum inflexa, *Caninefates* dictos putat; itemque MATTIACI, ut patet ex *Annal.* Libr. I. 56. Neque inepta eſt quorundam conjectura, initio eos Cattorum quoque nomine, poſtea autem, quam in Romanorum obſequio cœperunt eſſe, Mattiacos a MATTIO, Gentis Cattorum Capite, appellatos fuiſſe.

Memi-

Durant siquidem ³ colles, paullatimque rarefcunt, & Cattos fuos ⁴ faltus Hercynius profequitur fimul atque deponit. Duriora Genti corpora, ftricti artus, minax vultus & major animi vigor. Multum ⁵ (ut inter Germanos) rationis ac folertix: præ-

Meminit quoque CAESAR libr. VI. 10. nationum, quæ sub Cattorum Imperio fuerunt. Ceterum de *Castello Cattorum* utroque, ad Fuldam & in monte Tauno, aliisque oppidis illorum, vide, fi placuerit, CLVERIVM, CELLARIVM & SPENERVM.

3. Colles,) quorum præcipui funt TAVNVS apud AVCTOREM *Annal.* I. 56. & XII. 28. juxta JUNCKERVM *Geogr. Med.* p. 150. der Dinsberg in Superiore Haffia; MELIBOCVS Ptolemæi, der Blocksberg, ut idem cenfet, pars Sylyæ *Bacenis*, quæ Cherufcos a Suevis feu Cattis feparabat. CAESAR libr. VI. cap. 10. Ambo Reliquix Saltus Hercynii, quæ hodie der Harß appellantur.

Vide pluribus CLVERIVM lib. III. 7.

4. *Saltus Hercynius profequitur,*) quippe qui ab Helvetiorum, Nemetum & Rauracorum finibus oriebat, atque inde per Germaniam LX. dierum itinere processit, teste CAESARE libr. VI. 24.

5. *Ut inter Germanos.*) Ast Germanos non tam fupidos fuiffe, quam quidem Romanis vifi funt, vel, fi comparatione eorum cum Romanis ifta de Veteribus Germanis dicere forte potuit Tacitus, Gallis tamen quibusdam, ut talia de Germanis nunc quoque fcriberent, fas non fuit. Vide, quæ ea de re diximus ad Cap. IV. Voc. *Cærulei Oculi.*

præponere Electos, audire Præpositos, nosse Ordines, intelligere occasiones, differre impetus, disponere diem, vallare noctem, fortunam inter dubia, Virtutem inter certa numerare; quodque rarissimum, nec nisi ratione Disciplinæ concessum, ⁶ plus reponere in Duce, quam in Exercitu. Omne robur in pedite, quem super arma, ferramentis quoque & copiis coonerant. ⁴ Alios ad prælium ire videas: ⁷ Cattos ad bellum. Rari excursus & fortuita pugna. Equestrium fane virium id proprium, cito parare victoriam, cito cedere. Velocitas juxta formidinem, cunctatio prior Constantiæ est.

CAPVT

6. *Plus in Duce.*) Prudentissime rati, quod FLO-
RVS monet lib. II. 18. *tanti esse Exercitum, quanti Imperatorem*; pluribus vero docent PICCARTVS *Observat. Hist. Polit.* XVIII. LIPSIVS *Doctrin. Civ.* lib. V. 14.

7. *Cattos ad bellum.*) Sensus est: Cattos omnia consulto egisse, atque expeditiones suas bellicas

ita instituisse, ut non ad impetum quendam, sed ad bellum quoque continuandum, si opus fuerit, se paraverint. Differunt vero bellum & prælium, quod illud sit *Status*, hoc *actus & effectus* certantium, duretque bellum etiam induciarum tempore; de quo vide GRO-
TIVM de J. B. & P. lib. I. cap. 1. §. 3. & Lib. III. 2. §. 2.

CAPVT XXXI.

de

*Cattorum ad Virtutem militarem
stimulis.*

Et aliis Germanorum populis usurpatum, rara & privata cujusque audentia, apud Cattos in consensum¹ vertit, ut primum adoleverint, crinem barbamque summittere, nec² nisi hoste cæso exuere votivum obligatumque Virtuti oris habitum. Super

1. *In consensum vertit.*) Sensus est: quod unus vel alter apud ceteros populos fecerit, id apud Cattos in consuetudinem abiisse, & a plurimis factum fuisse.

2. *Nec nisi hoste cæso exuere votivum &c.*) More quoque apud Batavos, Cattorum propaginem, usitato. De Civile enim, Batavorum Duce, TACITVS *Hist. IV. 61. Civilis, ait, barbaro voto post capta adversus Romanos arma prope-*

posuit. Et si vero votum ejusmodi Auctor appellat *barbarum*, de Julio tamen Cæsare SVETONIUS in ejus vita Cap. LXI. *diligebat quoque, ait, milites adeo, ut audita clade Titurina barbam capillumque sum-*
miserit: nec ante dimiserit, quam vindicasset. Apud Saxones etiam mos ille fuit receptus, de quibus P. DIACONVS *Hist. Longob. c. 3. Sex, scribit, millia Saxonum, qui bello super-*
fuerant, devoverunt se, neque barbam, neque capillos rasuros, nisi se de Suevis hostibus ulciscerentur.

Super sanguinem & spolia revelant³ frontem, seque tum demum pretia nascendi retulisse, dignosque Patria & Parentibus ferunt. Ignavis & imbellibus manet⁴ squalor. Fortissimus quisque ferreum insuper annu-

3. *Revelant frontem.*) Patrata nempe hostium cæde barbam non solum, sed & capillos, qui in frontem & genas erant sparsi, radebant, quod tamen de abrafo tantum syncipite forte intelligendum erit ceteris in vertice capillis obliquatis, uti barbam quoque ita deposuerunt, ut mystaces plerumque retinuerint, teste Diodoro Siculo apud CLYVERIVM lib. I. 16.

4. *Ignavis & imbellibus manet squalor.*) Vultus scilicet species, quam crines & barba efficiebant, apud Cattos & Batavos ignominiosa, tonfi vero capilli & barba abrafa Virtutis militaris fuerunt indicium. Apud alios e contrario, non Orientis solum, sed & Germaniæ Populos, crines & barba honoris & nobilitatis causa alebantur, DE CALVATIO autem igno-

miniosa & servilis conditionis insigne fuit. LEG. SALIC. Tit. XXVIII, gravi multa puniri jubetur, qui PVERVM CRINITVM (id est nobilem seu Ingenue Conditionis) *sine Consilio & Voluntate Parentum totondisset.* De Clodio, altero Francorum Rege, SIGEBERTVS ad ann. 430. *Clodius, ait, Filius Pharamundi, Rex CRINITVS, regnat super Francos.* De postremis quoque Francorum Regibus Merovingicis EGINHARTVS in *Vita Caroli M.* cap. I. *neque, ait, Regi aliud relinquebatur, quam ut Regio tantum nomine contentus Crine Profuso, barba submissa solio resideret; ea videlicet facie, que in sigillis ipsorum apud Mabilonium exhibetur; neque ab isto more penitus abiit Carolus M. sed modica barba & decurtatis crinibus usus fuit, ut adversus*

annulum (ignominiosum ⁵ id genti) velut vinculum gestat, donec se cæde hostis absolvat. Plurimis Cattorum hic placet habitus. Jamque canent ⁶ insignes & hostibus simul suisque monstrati. Omnium penes hos initia pugarum; Hæc prima semper acies ⁷ visu nova. Nam ne in pace quidem

sus Freherum, Velferum ac Papebrochium merito contendit cum aliis JOH. MICH. HEINECCIUS de *Veteribus Sigillis* P. I. c. 9. p. 82. Apud Gothos quoque ingenuos *Capillatorum* nomine venisse Ill. ECCARDVS ad LL. Sal. l. c. ex Jornande observat, atque hinc capillos Germanis habere, ab *Serv*, quod Dominatus & ingenuitatis signum fuerint, appellari, haud inepte conjicit. Vide, qui pluribus de cultu barbæ & crinium agunt, BESSELIUM & GOLDASTUM in Notis ad Eginhartum l. c. BIGNONIUM ad *Leg. Salic.* CANGIUM voc. *Criniti*. De abscissione vero crinium & decalvatione ignominiosa POTGIESERUM l. I. 4. §. 9. 10. seqq. & quæ diximus ad cap. XVIII. voc. *accisis crinibus*.

5. *Ignominiosam.*) Forte quia audiverant, Equites apud Romanos annulos aureos, plebem vero & servos ferreos gestare, ut liquet ex PLINIO *Hist. N.* cap. XXXIII. I. ubi vide JAC. DALECHAMPIUM in *Notis*, & JOH. KIRCHMANNUM de *annulis* cap. XV. p. 143.

6. *Jamque canent insignis,*) an, quod nullam pugnandi, virtutemque demonstrandi occasionem habuerint, an vero, quod cæso quoque hoste habitum illum retinuerint sua sponte? Vero similis videtur, *Insignes* intelligi *annulo ferreo*, quem retinuerunt quidam ad canitiem usque, quæ ex myface & capillis in occipite conspici potuit.

7. *Visu nova,*) alii visu torva,

dem vultu mitiore mansuescunt. Nulli^s domus, aut ager, aut aliqua cura, prout ad quemque venere, aluntur; prodigi alieni, contemptores sui, donec ex sanguis senectus tam duræ Virtuti impares faciat.

CAPUT XXXII.

de

Usipiis et Tencteris.

Proximi Cattis certum jam alveo Rhenum, quique terminus esse sufficiat, Usipii acⁱ Tencteri colunt. Tencteri super solitum bellorum decus, Equestris Disciplinæ arte præcellunt. Nec major apud Cattos pedi-

torva, alii visu *nota*, alii visu *non nota*, legunt, sed cum Conringio vulgarem lectionem præferendam censemus. Sensus enim est, illam vultus speciem novam atque miram apparuisse.

8. *Nulli domus aut ager.*) Peculiarem istorum Heroum Societatem, atque Ordinem apud Cattos extitisse, fere nobis persuademus, quia credibile non est, omnes Cattos domibus & agris penitus fuisse destitutos. Diserte quoque

ab aliis distinguuntur verbis, prout ad quemque venere, aluntur, prodigi alieni, & quod de plurimis tantum hæc dicantur.

1. *Usipii ac Tencteri.*) Conjungit hos populos Auctor, quia communia fata habuerunt. Tencteri CAESARI & FLORO *Tencteri*, DIONI *Tanchari*, STRABONI & PTOLEMAEO *Tincteri*, Cattis vicini fuerunt. Usipii vero CAESARI & AVCTORI *Annal. I. 51. Usipetes*, a Tencteris per Wetteraviam ad

peditum laus, quam Tencteris² Equitum. Sic instituere majores, posterius imitantur. Hi Iulus infantium, hæc juvenum æmulatio, perseverant senes. Inter familiam & Penates &³ jura successionum Equi traduntur.

ad Rhenum usque se extenderunt, quibus sedibus utrique, a Cattis expulsi, Menapiorum agros cis Rhenum primum, mox & trans Rhenum invaserunt, a Cæsare vero, cum ulterius progredi vellent, cæsi, octingentis tantum superstitibus, qui cis Rhenum profugi Sicambrorum agros, postquam hos Augustus Imperator in Galliam traduxerat, occuparunt, atque in ditionibus Comitatum Lippiaci, Maræani, Waldeccensis, Episcopatus Paderbornensis & Ducatus Montium habitaverunt, Socii Claud. Civilis adversus Romanos, ut pluribus referunt CAESAR de B. G. lib. IV. 4. 12. & 13. DIO lib. LIV. TACITVS Hist. lib. IV. 2. 27. Ex recentioribus CLVERIVS lib. III. c. 10. SPENERVS lib. IV. 3. 21. seqq. Ceterum sunt, qui Tencteros

die Gedingte, i. e. Mercenarios, Usipetes vero quasi die Hausväter dictos censent. Usipetes autem a fluvio Usi circa quem primum in Wetteravia confederunt, pariter ac Usingen & Wipbaden nomina sua accepisse, potius crederem.

2. *Quam Tencteris Equitum.*) Usipiorum æque ac Tencterorum Equitatum prædicat CAESAR lib. IV. 16.

3. *Et jura Successionum Equi traduntur &c.*) Habes hic jam apud Veteres Germanos initia HEERGEWETTAE, sive Successionis filiorum in suppellectilem militarem & res expeditorias, quod ideo Henricus I. non primum instituit, sed reduxit, certisque legibus firmavit. GOBELINVS PERSONA in *Cosmorama*, ætate VI. cap. XLVII. Henricus, ait, mandavit,

davit, quod Senior inter fratres quoscunque deberet esse in Exercitu Regis, & propter hoc ipse solus tolleret Patris exuvias, inter quas arma maxime reputabantur. Exinde vulgo HEREWEDÉ adhuc nominantur. Quæ vero ad suppellectilem militarem olim pertinuerint, ANTIQVISSIMAE LEG. MUNICIPALIS CIVITATIS BRUNSVICENSIS T. P. I. apud Leibnit. S. R. B. T. III. pag. 434. ita enumerant: „Tho deme „Heerwede hort dat beste „ors, is es dar niet, so „schal me gheven dat beste „pert, oft id dar is. Hedde ein Man del an eneme „Oerse, edder an eenem „perde, denne schal me „geven dat beste stücke van „dissen dren, me schal geven dat beste Harnesch „Koverture, Plantenmezet, „Spoldener Sampstener, te „ster, helm, is de helm dar „niet, me giift enen ysernen hot hurteledes, dukene knilinge, fadel, swert, „sporen, glevien, bil. Is „des biles dar nicht, me „ghiffte ene exe, oft se dar „is, sekeln, eyn par tassen, schilt, eyne malen, „tweene yserne hantschen,

„Scrapen, eyne schalen oft „se eyn Voder hefft, anders „schal men eyne Silverne ute „gheven, de besten cledern „schal me gheven, hoyken, „rock, koghelen, hot, sin „beste Gordel, Schede, metzet, ketten de eyn pleghet „mit sek tovorende, heft „me dere nicht, so schal „me gheven eyne Kolte, „de me deghelykes uppe „Sin bedde heft ghelegt, „hefft eyn Urouwe eyne Kolten unde tweey „lynene lacken te ören „eren, de schall me nicht „gheven, eyn Küffen, „twey slap lakene, tweey „cinene cleder, dischlagen, tu hosen, tweene „scho, brokremen becke „ckene oft se ghekede „sint, Ketel, dar men eyne „ne Schulderen inne se „den mach, eine Kupperne „ne blasen, Kettelhaken „mit tweeen haken &c. Filiabus vero, ne deterioris essent conditionis, cessit suppellex muliebris, quæ GERADAE nomine venit, de qua jam in legibus ANGLIORVM & WERINORVM Tit. V. 6. Mater moriens filio terram, mancipia, pecuniam dimittat. Filia vero spolia Colli, id est murenas,

tur. Excipit filius, non ⁴ ut cetera, maximus natu, sed prout ferox bello & melior.

CAPUT XXXIII.

de

Bructeris, Chamavis ac Angrivariis.

Juxta Tencteros ¹ Bructeri olim occurrebant:

nas, muscas, monilia, incaures, vestes, armillas, vel quicquid ornamenti proprii videbatur habuisse; & Tit. VIII.

3. Ornamenta hæc RHEDO dicta fuisse additur, nempe a Nâte s. Gerâthe, unde quoque Saxonum GERADA; Vide Leibnitium ibidem T. I. S. B. p. 83. & pluribus JOH. GEORG. BEYERVM *Spec. Jur. Germ.* l. II. 14. Cl. GVNDLINGIVM de *Henrico Aucupe* p. 146. 147.

4. *Non ut cetera maximus natu.*) Ex Constitutione vero Henrici I. & moribus dein natu maximus, nisi Clericus sit, atque filiis deficientibus, Senior interagnatos, hi vero si defint, Judex; JOH. GEORG. BEYERVS l. c.

1. *Bructeri,*) aliis *Bureturi, Boructuarii, Bruteri,* qui ditiones intra Rhenum, Luppiam, Amisiam & Frisios incoluerunt appellati, ut quidam volunt, *Brüder,* verosimilius autem juxta M. ALTINGIVM voce *Bructeri,* die *Brocters* a *Bröcken* s. *Brüchen, paludibus,* quæ in ditionibus illis frequentes sunt, unde ipsos SVA, id est ustiles glebas, Belgice *Turff,* quas paludes istæ suppeditant, ussisse memorat AVCTOR *Annal.* I. 60. Propter multitudinem divisi fuerunt in *Majores & Minores,* quorum hi in parte Regionis ipsorum australi ad Rhenum usque, illi vero Septentrionali habitant,

rebant: nunc ² Chamavos & ³ Angrivarios

tarunt, quod post CLVVERIVM lib. II. 13. M. ALTINGIVM l. c. MONVM. PADERBORN. p. 54. & SPENER. lib. IV. 3. ostendimus in *Notis* ad Teschenmach. *Annales* pag. 14. 15. Rebus tandem, quas STRABO libr. VII. TACITVS *Annal.* I. 51. 60. & *Histor.* lib. IV. 21. 77. libr. V. 19. 22. referunt, adversus Romanos fortiter gestis, elatiores ac superbi, eamque ob causam vicinis populis exosi facti.

2. *Chamavos*,) qui olim intra fluvios Amisiam, Hafsam & Ledam habitaverunt, populosque versus Septentrionem Chaucos, versus Occidentem & Austrum Frisios ac Bructeros, versus Orientem Dulgibinos vicinos habuerunt, appellati Cham-Xuers ab *eluvionibus*, quibus prata ipsorum exposita fuere, ut Himlingen & Hamlanden ab agris, qui inundationibus obnoxii sunt, in illis locis vocari solent, de quo vid. M. ALTINGIVS v. *Chamavi*. Antiqua vero illa

Patria relicta, juxta Rhenum confederunt, ut ex TACITO *Annal.* XIII. 55. patet, unde in interiora reversi Bructerorum minorum agros in Comitatu Marcano, Lingensi & parte Episcop. Osnabrug. stabili possessione occuparunt; de quibus sedium mutationibus vid. CLVVER. libr. III. 14. M. ALTING. l. c.

3. *Angrivarios*.) Idem cum Angriis, quos CONRING. in *Annotationibus* ad Cap. 2. de F. I. sine causa diversos putat, a Virtute, ut existimat KIRCHMAIERS h. l. die Angreifer s. Unvater, vel, quod vero est similis, a locis campestribus & herbidis, Angern, ita appellati, olim Rhenum videntur accoluisse in Ducatu Montium, ex nominibus oppidorum in illis locis Angerort, Angermünde; inde vero cum Chamavis versus Visurgim profecti, juxta Chamavos confederunt, atque Bructerorum agris occupatis Saxonibus se postea junxerunt,

rios ⁴ immigrasse narratur, pulsus Bructeris

xerunt, de quibus POETA SAXO ANONYMVS apud Leibnitium T. I. S. R. B. pag. 121.

Inter prædictos (Westfalos & Ostfalos) media regione morantur

ANGARII, Populus Saxonum tertius. Horum Patria Francorum terris sociatur ab Austro, Oceanoque eadem conjungitur ex Aquilone.

Memoriam Veterum Incolarum Ducatus Engern adhuc retinet, & vicus ejus præcipuus ejusdem nominis, celebris insuper monumento Wittekindi M. Vide, qui situm & res Angrivariorum prolixius descripserunt, CLVERIVM Libr. III. IV. MONVMENT PADERBORN. 132. 133. 134. SPENERVM Lib. IV. 3.

4. *Immigrasse narratur*) una cum *Frisiis*, a quibus novæ ditioni a *Situ Australium Paludum* nomen *Zuidveen*, & pressius *Zutfen* inditum videtur; ut & Tu-

bantibus, quorum STRABO lib. VII. & PTOLEMAEVS II. 11. meminerunt inter Populos Germaniæ Inferioris, Germanis Tho Benten s. Banden, *vagante cetera*, -propter sedium mutationes, aliisque forte populis, vertendo solo adeo assuetis, ut ideo gentes ad utramque Visurgis ripam die Balen s. Wallende, atque hinc WESTFALOS dictos fuisse putet M. ALTINGIVS l. c. p. 20. 21. cui tamen ad stipulari non magis possumus, ac aliis, qui vel a *Vesta* Dea, vel cum VALESIO in *Not. Gall.* voce *Wallenses* & HERTIO in *Notit. Germ. Vet. Pop.* p. 113. a *Wallis* i. e. *peregrinis*, ex quo Carolus M. Francos in vacua Saxoniam loca transtulerit, vel a campestribus locis *Bestfelder* Saxones Occidentales *Westfalos* appellatos censet. Magis nobis arripet sententia *Illustr.* a COCCII, qui cap. 3. *Jurisprud. Public.* §. 35. illud nomen arcessit a populi istius studio Equorum

ris ac^s penitus excisis, vicinarum consensu nationum, seu superbiæ odio, seu prædæ dulcedine, seu favore quodam erga nos Deorum. Nam ne spectaculo quidem prælii invidere, super LX millia non armis telisque Romanis, sed quod magnificentius est, oblectationi oculisque ceciderunt. Maneat quæso duretque Gentibus si non amor nostri, certe odium sui: quando urgentibus Imperii fatibus nihil jam fortuna præstare majus potest, quam hostium discordiam.

C A P V T XXXIV.

de

Dulgibinis, Chasuaris & Frisus.

Angrivarios & Chamavos a tergo^r Dulgibini

rum, ipsis *fohlen*, a *füllen* pullo Equino, unde quoque procul dubio factum, ut hodieque Duces Brunsvicenses Equo pro Insigniis suis utantur.

5. *Ac penitus excisis.*) Maturationem illam, quia in oculis Romanorum, ad Rhenum, Fossamque Drusianam accidisse existimat M. ALTINGIVS p. 21. 2. Ita tamen excisi non fuerunt, quin multi illorum

adhuc superstites manserint, atque in Franconia^r eremum, vulgo Odenwald & Spessart, Sylvæ Hercyniæ partem se receperint, sinibusque suis mox prolatis, potentia adeo aucti fuerint, ut Francis juncti Constantino M. imprimis multum negotii facerent, testibus NAZARIO & EVMENIO *Panegyri Constant.*

1. *Dulgibini & Chasuari.)*

Illos

gibini & Chafuari claudunt, aliæque² Gen-
tes

Illos PTOLEMAEVS I. II. II. *Dulgumnios*, hos idem *Cafuaros*, STRABO lib. VII. *Chattuarios*, VELLEIVS lib. II. 105. *Chattuarios*, AMMIAN. MARCELL. lib. XX. 10. *Attuarios*; Scriptores medii ævi *Hattuarios*, *Attoarios* & *Hazzoarios* vocant. *Dulgibinos* s. *Dulgumnios* PTOLEMAEVS I. c. inter *Chaucos* & *Suevos*, quorum nomine *Cattos* intelligit, communi cum *Cæsare* errore, collocat; De *Chafvarorum* autem antiqua sede veteres Scriptores tacent. Procul dubio autem juxta *Dulgibinos*, cum quibus conjunguntur prope *Cattos*, utpote horum propago & *Clientes* habitant, utriusque *Visurgim*, quia trans illum fluvium *Cherufci* coluerunt. Ex quo vero *Chamavi* & *Angrivarii* *Brueterorum* agros occuparunt, in illorum vacuas sedes circa fluvium *Hafam* *Dulgibini* & *Chasvari* migrarunt, videnturque tunc *Chattuarii*, a *Cattis* primum ita appellati, nomen *Chafvarorum*, s. *Hassburen*, acceperunt ab Ha-

sa fluvio, quem accolebant, ut *AMSIVARII* ab *Amisia*, *Embsburen* dicti fuerunt. Atque juxta illas *Chamavorum* & *Angrivariorum* sedes *Frisios* illi a fronte, *Dulgibinos* & *Chasvarios* a tergo habuerunt, ab *Illustriss.* vero *Episcopo* in *Monum. Paderborn.* Tab. I. male collocantur in *Episcopatu Paderbornensi*. Reliqua de his populis vide apud *CLVE-RIVM* lib. III. 15. *SPENERVM* lib. IV. 9.

2. *Aliæque Gentes haud perinde memoratae.*) Huc pertinent (1.) *AMBRONES*, quorum primas sedes *Illustriss. AVCT. Monum. Paderbornens.* p. 181. *REIN. REINECCIVM* in *Comment. de Origine Mysorum*, & *PIDERITIVM Chron. Lipp.* secutus collocat juxta fluvium *Ambrum* s. *Emmeren*. Unde cum *Cimbris* & *Teutonis*, sive quod hi vicini ipsorum fuerint, sive in transitu in *Italiam* se illis sociaverint, profecti, in *Helvetia* confederunt, inter cujus *Pagos* illos referunt *Scri-*

tes haud perinde memoratae, a fronte³ Frisii excipiunt. ⁴ Majoribus minoribusque Frisiis vocabulum est, ex modo Virium. Utræque Nationes usque ad Oceanum Rhe-

no

Scriptores Veteres. (2.) AMSIBARII, quorum TACITVS *Annal.* XIII. 55. meminit, Accolæ Amnissæ fluvio, a quo & nomen ipsos accepisse docet M. ALTINGIVS *Notit. Germ. Infer.* p. 6, 7. (3.) LACCOBARDI apud Ptolemæum, Gens ignota aliis, cujus vero nomine CLVVERIVS Lib. III. 15. Amfivarios intelligendos putat. (4.) TVBANTES, qui tandem post multas vagationes in parte Trans-Isalania, hodie Zwent confederunt a frequenti sedium mutacione appellati Tubantes, quasi Tho Venten a bende s. bande, qua voce Germani catervam vagantem designare solent, v. M. ALTINGIVM l. c. p. 125. & h. c. N. 4.

3. *Frisii excipiunt.*) PTOLEMAEO L. II. c. 2. *Phrisii*, DIONI CASSIO Lib. LIV. *Phreisi*, aliis, *Phresii* & *Frisiones*; quos inepte quidam a *Phrygia*, unde venerint, alii a *fris*, gelida, quam incoluerint, plaga, rectius vero M. ALTINGIVS p. 73. aliique a Libertatis studio dictos putant, freye, quam nominis rationem vocabulum *Phreisi* apud Dionem Cassium l. c. atque titulus hodieque huic populo gloriosus, die freyent Friesen, confirmant. Certe Frisii Libertatis suæ tenacissimi fuerunt, eamque adversus Principes suos acerrime adhuc tueri student, quamvis partim ex conficco Privilegio Caroli M. quod GOLDASTVS *Reichs-Sakungen* p. 2. 3. UBBO EMMIVS *Histor. Fris.* lib. I. referunt. Merito autem supposititium censent CONRINGIVS de *Origine Jur. German.* pag. 54. MEIBOMIVS T. I. p. 522.

4. *Majoribus Minoribusque Frisiis vocabulum est.*) Hi occidentalem, Minoremque

no prætexuntur, ambiuntque immensos in-
super ⁵ Lacus, & Romanis ⁶ Classibus
navigatos. Ipsum quin etiam Oceanum
illa

que tractum inter Rhe-
num, Vectam atque Fle-
vum alveum incoluerunt,
in tres pagos *Frisiabonum*
Marsatorum, & Sturiorum,
rursus distincti. Illi Orien-
talem, majoremque inde a
Rhenno ad Amisiam tenuerunt,
ut pluribus exponit
ALTINGIVS P. I. p. 72. 73.
Medio ævo ultra Scaldim
& Albim fines suos exten-
derunt, de quo v. idem
Auct. P. II. p. 62. ANTON.
MATTHÆVS de *Nobili-
tate* L. I. 14. TESCHENM.
Annal. Cliv. p. 196. ibique
Not. nostræ. Devicto tan-
dem ipsorum Rege, Radbodo,
a Carolo Martello, Regno
Francorum subiecti fuerunt.
ANNAL. FVLDENS. ad
annum 734.

5. *Ambiuntque immensos
in super lacus*) FLEVON-
NEM lacum, vulgo Zuider-
See, intelligit Auctor, quem
teste MELA lib. III. 2. lon-
ge ac late recedentibus ripis
effecit Rhenus, ubi campos
implevit inter Auchos,

Frisiabones, Sturios & Fri-
sios ultiores; Infula ve-
ro ejusdem nominis atque
Promontorium ab Enchu-
sa longissime procurrens,
in duos lacus dividunt,
diversos a Sinu, vulgo 't
Blie vel 't oude Blie, quæ
in Oceanum excurrit, at-
que Seculo XIII. ortus
fuit, quo creberrimæ elu-
viones *Flevum*, Ostium &
fluvium, a quibus nomen
accepit, peruperunt, ut
jam M. ALTINGIVS P. II.
p. 57. exposuit.

6. *Romanis Classibus na-
vigatos.*) A Druso, Augusti
Imperatoris privigno, &
ejus filio, Germanico Cæ-
sare, de quorum expeditio-
nibus in Germanium &
non absque periculo sus-
ceptis navigationibus per
Oceanum, TACITVS *An-
nal.* I. 70. At, inquit,
*Germanicus Legionum, quas
navibus vexerat, secundam &
quartam decimam itinere ter-
restri P. Vitellio ducendas
tradidit; quo levior Classis
vadoso*

illa tentavimus. Et superesse adhuc ⁷ Herculis Columnas fama vulgavit; five adiit Hercules, seu quicquid ubique magnificentum est, in claritatem ejus referre consuevimus. Nec defuit audentia Druso ⁸ Germanico, sed obstitit ⁹ Oceanus in se simul atque in

vadoso mari innaret vel reciproco fideret. Vitellius primum iter sicco humo, aut modice adlabente aestu quietum habuit: mox impulsu aquilonis simul sidere æquinoctii, quo maxime tumescit Oceanus, rapi agique agmen. Et opplebantur terræ. Eadem freto, littori, campis facies, neque discerni poterant incerta a solidis, pervia a profundis; sternuntur fluctibus, hauriuntur gurgitibus &c. Et ANNAL. lib. II. 8. jamque ait, Classis advenerat cum præmisso comæatu & distributis in Legiones ac sociis navibus fossam, cui Drusianæ nomen, ingressis, precatusque Drusum Patrem, ut se eadem ausum libens placatusque exemplo ac memoria consiliorum atque operum juvaret. Lacus inde & Oceanum usque ad Amisiam flumen secunda navigatione pervehitur. vide quoque cap. 23. & DIO-

NEM CASSIVM Libr. LIV.

7. Et superesse adhuc Herculis columnas,) quas in Frisia alii quærunt, loco, qui vocatur Duivelskuite; alii grandes lapides esse censent in Trentia, Duentia & tractu Bentheimensi. PICCARD. Antiqu. Fris. cap. V. Scandinaviæ vero & mari Balthico illas vindicare studet OLAVS RVDBECK. Atlant. P. I. cap. VII. §. 5. n. 59. & P. II. cap. IV. sed vide, quæ diximus supra ad Cap. 3.

8. Druso Germanico,) qui expeditione sua, mari & terra, ad Albim usque penetravit, atque nomen Germanici sibi ac filiis suis ita meruit, ut DIO refert l. LV.

9. Obstitit Oceanus,) quem Romanis adversum dixit supra cap. I. ubi vide, quæ adnotavimus; accessit fluxus & refluxus maris, qui

in Herculem inquiri. Mox ¹⁰ nemo tentavit, sanctiusque ac reverentius visum, de actis Deorum credere quam scire.

CAPUT XXXV.

de

Chaucis.

Hactenus ¹ in Occidentem Germaniam novimus. In Septentrionem ingenti flexu redit.

qui navigationem in illo Oceano periculosam reddit, juxta testimonia Auctoris paulo ante N. 3. adducta.

10. *Mox nemo tentavit.*) Præterquam Germanicus, Drusi filius.

1. *Hactenus in Occidentem Germaniam novimus.*) Populorum vero, quos recensuimus; antiqua nomina, simul ac peculiare singulorum Republicæ defuerunt, ex quo Gentes primum ad superiorem Rhenum in ALEMANNORVM, ad inferiorem vero in FRANCORVM Societates magnas coierunt. Seculo enim secundo varix intra Rhe-

num, Danubium & Mænum Gentes arcto fœdere adversus Romanorum vim se junxerunt, atque ALLEMANNORVM nomine, *Wallerley Männer*, a variorum populorum colluvie initio Seculi III. innotuerunt, primumque ab Afinio Quadrato (qui sub Philippis Cæsaribus vixit, atque a CLVERIO libr. III. 4. cum Afinio Pollione, cujus Strabo meminit, insigni errore confunditur,) apud AGATHIAM lib. I. ita appellati, successu temporis fines suos latissime extenderunt, ut pluribus dixerunt CLVERIVS I. c. WERLHOFFIVS in *Not. Imp. Enucl.* §. 54. & *seqq.* Exemplum Ale-

redit. Ac primo statim ² Chaucorum Gens, quamquam incipiat a Frisiis ac partem

mannorum Catti, Bructeri, Chamavi, Amfivarrii, Attuarii aliique intra Rhenum inferiorem, Mœnum & Visurgim, utraque hunc fluvium Chauca & Cherusci secuti, FRANCORVM nomine, a studio Libertatis accepto, se sociarunt, eaque potentia invulnerunt, ut Gallis non solum sed & Alemannis, Thuringis & Frisiis devictis vastissimum Regnum condiderint, cui Bavari quoque, Saxones, Sclavi, atque Itali tandem subiecti fuerunt, quod ISAAC. PONT. de *Origine Francor.* Illustriss. AVTOR *Monum. Paderborn.* p. 74. SCHAT. *Hist. Westph.* lib. I. Illustr. a COCCEIUS J. P. *Proleg.* inde a §. 20. WERLHOFFIUS l. c. inde a §. 59. HERTIVS *Not. Vet. Reg. Franc.* M. ALTING. P. I. p. 69. aliique multis exposuerunt. Hac autem genuina Francorum Origine & antiqua ipsorum Patria fabulæ non solum Hunnibaldi & Trithemii evanescent, sed &

sententia convellitur Illustr. Leibnitii, qui Francorum Originem a Mari Balthico arcessere studuit, ut supra diximus p. 27.

2. *Chaucorum Gens.*) Aliis CAUCI, CAUCHI, quos M. ALTINGIUS P. I. p. 41. ab ingenio censet appellatos fuisse, Kaufen, quippe quo nomine Germani viros antiqua virtute & fide, ingenio apertos & amœnos, manu promptes, quosque nemo impune lacessit, vocare solent; quæ hujus nominis ratio cum Auctoris descriptione ejus Gentis apprime convenit. Alii a Kauf, ulula; EGELINGIUS vero *dissert. Miscell. secunda* a Kaifen, *Graculis*, quibus similes Chauca, pacifice secum cohabitaverint, nomen illud derivant. De Graculis enim Græcis Proverbium est, *ἀεὶ κολακὸς πρὸς κολακὸν ἰζάνει.* *Assidet Graculus Graculo;* Germanis: *keine Stäbe sichts der andern die Augen aus.* Vid. quoque LEIBNIT. h. l.

3. *Omni*

tem littoris occupet, omnium³ quas exposui gentium lateribus obtenditur, donec in Cattos usque⁴ sinuetur. Tam⁵ immensum terrarum spatium non tenent tantum

3. *Omniū quas exposui Gentium lateribus obtenditur*) Frisiorum videlicet, Angrivariorum, Chamavorum, Dulgibinorum & qui Amisiam accoluerunt, Chasvariorum. Fines ergo hujus Populi versus Occidentem Amisia, versus Septentrionem Oceanus, versus Orientem Albis, versus Austrum Cherusci & Catti fuerunt; de quibus vide CLVVERIVM lib. III. 18. CONRINGIVS de *Antiqu. Statu Helmstad.* Chaucorum sedes versus meridiem plus æquo extendit. OLAVS v. RVDBECKIVS *Atlant.* P. I. c. 24. ex ingenio suo in Scandinavia eos collocat.

4. *Sinuetur.*) Inter commemoratos Populos & Cheruscos.

5. *Immensum terrarum spatium.*) De natura Soli apud Chaucos, maxime versus Oceanum, PLINIUS Lib. XVI. 1. *sunt vero, ait, in*

Septentrione visæ nobis (Gentes) Chaucorum, qui majores minoresque appellantur. Vasto ibi meatu, bis dierum noctiumque singularum intervallis effusus in immensum agitur Oceanus, æternum operiens verum naturæ controversiam: dubiumque, terra sit an parte in maris? Illic misera Gens tumulos obtinet altos, aut tribunalia fructa manibus ad experimenta altissimi æstus. (EGELINGIVS, disert. cit. tumulos adversus Inundationes Maris & fluviorum intelligendos censet, antiqua lingua Saxonum Wurtten, unde Incolæ ibidem adhuc vocentur die Wurtsaten) casis ita impositis, navigantibus similes, cum integant aquæ circumdata; naufragis vero cum recesserint; fugientesque cum mari pisces circa tuguria venantur. Non pecudem his habere, non lacte ali, ut finitimis, ne cum feris quidem dimicare contingit, omni procul ab-

tum Chauci, sed ⁶ & implent: populus inter Germanos nobilissimus, quique magnitudinem suam malit justitia tueri. Sine cupiditate, sine impotentia, quieti, secretique nulla provocant ⁷ bella. Nullis rapibus aut latrociniis populantur. Idque præcipuum Virtutis ac Virium argumentum est, quod, ut superiores agant, non per injurias adsequuntur. Prompta tamen omnibus

acta frutice. Ulva & palustris junco funes nectunt ad prætexenda piscibus retia, captumque manibus lutum (Turffen, ut Bructeri vid. not. ad cap. 33.) ventis magis quam sole siccantes, terra cibos & rigentia Septentrione viscera jua urunt. Potus iis non nisi ex imbre, servato scrobibus in Vestibulo domus, Vide, qui hunc locum pluribus illustrent, SCHILDIVM & EGELINGIVM de Caucis, CLYVER. lib. III. cap. 18.

6. *Sed & implent.*) Divisi in majores & minores, quorum hos PTOLEMAEVS intra Oceanum, Amisiam & Visurgim, illos vero inter Visurgim & Albin collocat, sed ex errore; PLINIUS enim, qui *utram-*

que Nationem, ut a Vellejo Lib. II. vocantur, adiit, Lib. XVI. 1. ut & TACITVS *Annal. XI. 18.* Minores intra Albin & Visurgim, Majores vero, qui illos spatio terrarum duplo superaverunt, intra Visurgim, Oceanum & Amisiam ponunt. Ceterum inter loca Chaucorum PTOLEMAEVS meminit *Fabirani*, quod Bremæ, liberæ, atque tam Bonarum Literarum studiis quam mercatura florentissimæ Imperii Civitati, originem & nomen dedisse, EGELINGIVS haud contemnendis argumentis contendit, peculiari dissertatione de *Fabirano*.

7. *Nulla provocant bella.*) Procul dubio itaque lacesciti

omnibus arma, ac si res poscat, Exercitus: Plurimum virorum Equorumque: & quiescentibus eadem fama.

CAPUT XXXVI.

de

Cheruscis & Fosis.

In latere ¹ Chaucorum Cattorumque ² Che-

siti Amfivarios expulerunt. TACITVS *Annal.* XIII. 55. Adversus Romanos quoque pro Libertate sua arma sæpius sumserunt, quippe a Tiberio in fidem recepti. v. TACITVS *Annal.* I. 38. sub Claudio per Gabinium superati, SVETONIUS in *Claudio.* cap. 54. DIO lib. IX. sub Vespasiano cum Batavis & Frisiis Duce Cl. Civili, TACIT. *Hist.* lib. IV. 79. & V. 19. adversus Romanos juncti; sub Marco a Didio Juliano repulsi, SPARTIANVS in *D. Juliano* c. I. post quæ tempora Francis se junxerunt, inter quos CLAUDIANVS de *Laud. Stilicon.* lib. I. eos refert. His vero iterum relictis

Saxonum Societatem amplexi fuerunt, quibus ZOSIMVS Lib. III. eos accenset, ubi pro *Quadis CHAVCI* omnino reponendi sunt.

1. *In latere Chaucorum Cattorumque.*) Chauci versus *Septentrionem*, Catti versus *Meridiem* Cheruscis vicini fuerunt, versus *Orientem* Albis, versus *Occidentem* vero Visurgis agros illorum post Augusti Imperatoris tempora finierunt; Ante enim cis Visurgim se extendisse videntur. Diserte enim DIO Lib. LIV. de Druso, *in Sigambros*, ait, *irrupit perque eos in Cheruscorum regionem usque ad Visurgim processit,*

² Cherusci nimiam ³ ac marcescentem diu pacem inlaccessiti nutrierunt. Idque jucundius quam tutius fuit, quia inter ⁴ impotentes & validos falso quiescas; ubi manu

IDEMQUE lib. LV. *Cattorum fines ingressus ad Sueviam usque processit, inde in Cheruscorum agros conversus, Visurgimque transgressus ad Albim usque penetravit.* Et VELLEI. PATERC. Lib. II. 105. *Intrata, inquit, protinus Germania &c. recepti Cherusci, & annis mox nostra clade nobilis transitus Visurgis; nisi de Cheruscorum Clientibus, Dulgibinis hæc intelligenda sint, cum STRABO Lib. VII. Varum in Cheruscorum Clientibus (ὑπηκόοις) cæsum scribat. Cheruscorum ditiones olim Gothos, Gigantes, inhabitasse, atque hinc deinde in Septentrionem profectos fuisse; CONRINGIVS de *Antiqu. Stat. Helmstadi.* contendit, merito propterea notatus a JOH. MICHAELE HEINECCIO, *Dissert. de Antiquiss. Regionis Goslarum ambientis Statu & Crodone Hartzburgico*, cap. I. v. 12. & seqq.*

2. *Cherusci*,) quos CLVERIVS Lib. III. 19. nescius unde, Cherusker; CELLARIUS pag. 476. SPENER. Lib. IV. 3. §. 57. alique a *Werra*, quo nomine Visurgis quoque venit, *Berische*, atque hinc Cheruscos; rectius vero M. ALTINGIVS *Tab. Geogr. Infer. Germ.* a silva, quam accoluerunt, Hercynia, Germanis *Harz*, die *Harzischen*, & geminata adspiratione, *Cherzischen*, ita appellatos fuisse censet.

3. *Nimiam ac marcescentem diu pacem.*) Ex quo enim ipsorum præcipue virtute Quintilius Varus cæsus, Maroboduus devictus, atque egregius illorum Princeps, Arminius, ex insidiis interfectus erat, de quibus rebus VELLEI. L. II. TACITVS *Annal.* II. 45. 46. 88. diuturna pace molles, inertes, & securi, exitio tandem suo, facti fuerunt.

4. *Impotentes*,) id est, affectibus

nu⁵ agitur, modestia & probitas nomina superioris sunt. Ita qui olim boni æquique Cherusci; nunc inertes ac stulti vocantur. ⁶ Cattis Victoribus fortuna in ⁷ sapientiam cessit. Tacti ruina Cheruscorum & Fosi, ⁸ contermina gens, adversarum rerum ex æquo focii, cum in secundis minores fuissent.

CAPVT

fectibus suis imperare nefcios, & inquietos, eujusmodi Catti fuerunt. Chaucos e contrario *sine impotentia quietos egisse*, cap. præced. dixerat AVCTOR.

5. *Ubi manu agitur*,) sive *jus in viribus* est, ut apud Germanos in universum, CAESAR libr. VI. 23. & MELA lib. III. inprimis vero apud Cattos, *prodigos alieni*, v. supra cap. 31. *latrocinia agitantes*, Annal. XII. 27. quibus tanto minus Cherusci debuissent fidere, quia cum illis æternum discordabant. *Ibid.* cap. 28.

6. *Cattis Victoribus*.) Belli istius Cattorum cum Cheruscis, atque illatæ his

cladis nusquam alias mentio fit.

7. *Sapientiam cessit*.) Quod inertia & securitate Cheruscorum uti noverint.

8. *Fosi, contermina Gens*.) Saxones intelligunt, atque pro *Sasi* a Librariis mendose *Fosi* scriptum fuisse CLYVERIVS libr. III. 21. & KIRCHMAIERVS h. I. censent. Quia vero Saxones, teste Ptolemæo, in Cervice Cimbrica habitarunt, longèque a Cheruscis distiti fuerunt, his conterminam Gentem, *Fosos*, ad *Fusam* amnem in tractu Hildesiensi habitasse & ab illo nomen suum accepisse LEIBNITIVS h. I. & HERTIVS *Notit. Vet. Germ.* p. 77. rectius existimarunt.

CAPVT XXXVII.

de

Cimbris & eorum rebus contra Romanos gestis.

Eundem Germaniæ finum ⁱ proximi Oceano

I. *Proximi Oceano.*) Inter Cimbrōs vero & Chaucos PTOLEMAEVS lib. II. II. SAXONES in *Cervice Chersonesi Cimbricae* collocat, qui circa finem Seculi III. Piratica ita invaluerunt, ut littora Galliae saepius infestarent, atque cum Sociis suis, *Juttis & Anglis* a Vortigerno, Britannorum Rege, in auxilium adversus Pictos seu Scotos vocati, Britanniam sibi subjecerint; qui vero domi manserant, ultra Albimox progressi Chaucos, aliosque populos, qui in Francorum foedere fuerant, sive sponte, sive vi sibi junxerint, vicisque Thuringis fines suas latissime extenderint, in *Ostfalos, Angarios & Westfalos* divisi, quae multis jam descriperunt, MEI-

BOMIVS *Introd. in Sax. Infer.* WERLHOF. *Not. Imp. Enucl.* §. 71. seqq. HERTIVS *Not. Vet. Germ. Popul.* P. III. c. 3. SPENER. *Notit. Germ. antiq.* lib. IV. 5. §. 13. CLVERIVS lib. III. 21. ubi tamen Fosos cum Saxonibus perperam confundit; vide quae diximus *cap. praeced.* Merito vero idem lib. I. p. 32. illos ridet, qui originem & nomen Saxonum a *Sacis*, Asiae Populo, arcessunt; cujusmodi nugae quoque sunt, ISIDORI de *Orig.* lib. IX. 2. & RHOSWITAE apud *Reuberum* p. 163. qui a duritie animi quasi *Saxeos*; & aliorum, qui a *Saxone* fluvio ita dictos volunt. A *brevibus* vero gladiis, quibus usi fuerunt illud nomen eos accepisse GOTFRIDVS VITERB. testatur

Oceano Cimbri ² tenent, ³ parvā nunc Civitas, sed gloria ⁴ ingens. Veterisque famæ

statutur *Part. XV. de Saxonibus:*

Ipse brevis gladius apud illos SAXA vocatur,

Unde sibi nomen Saxi peperisse notatur.

Quam vocabuli ejus rationem pluribus confirmant ILLVST. EPISC. in *Monum. Paderborn. pag. 80. & 82.* HERTIVS l. c. §. 3.

2. *Cimbri,*) Vernacula *Rämpfer, Rämpfer, Fortes milites* atque *Bellatores*, quo nomine PLVTARCHVS in *Mario* illos vocat *Latrones*, alia olim, quam nunc ejus vocis significatione ut multis testimoniis ostendit ISAAC. PONTANVS *Hist. Dan. Lib. I.*

3. *Parva nunc Civitas.*) Ex quo videlicet maxima Cimbrorum pars ex sedibus suis migravit. Olim quoque Cimbricam Chersonesum majorem, sed inundationibus diminutam fuisse

haud inepte conjicit CLVVERIVS lib. II. c. 22. PTOLEMAEVS præter Cimbro-alias adhuc nationes Chersonesum illam incoluisse memorat, atque *Peninsulam*, ait, *ipsam tenent supra Saxonēs ab occasu Singulones, postea Sabalingii. post Cobandi, supra quos Chati:* & super iis quoque magis quidem Occidentales sunt *Phrendusii*, magis vero Orientales *Charudes:* Omnium autem maxime Septentrionales *Cimbri*. Varii hi populi procul dubio Cimbrorum nationes fuerunt, ut *Frisios* in *Frisiabones* aliasque nationes divisos fuisse supra vidimus. OLAVS RVDBECKIVS, postquam *Chaucos* aliosque Germaniæ Populos versus Septentrionem removerat, Cimbro-alias in *Atlantica* sua T. I. cap. 21. Scandinaviæ vindicare studet, sed contra Veterum Scriptorum fidem.

4. *Sed gloria ingens.*) Inter Gallos quoque *Senones*, qui post ejectos Reges Italianam

mæ late vestigia manent, ⁵ utraque ripa
 Castra ac spatia, quorum ambitu nunc quo-
 que metiaris molem, manusque Gentis &
 tam magni Exercitus fidem. Sexcentesi-
 mum & quadragesimum annum Urbs no-
 stra agebat, cum primum ⁶ Cimbrorum
 audita

liam invaserunt, Cimbrorum
 fuisse, multa nobis per-
 suadent. Illos enim ab ul-
 timis terrarum oris cingente
 omnia Oceano venisse FLO-
 RVS lib. I. 10. scribit,
 neque Gallos, sed Germa-
 nos fuisse mores quoque
 illorum apud eundem
 Scriptorem indicant; &
 qui ex illis in Græciam
 profecti fuerunt, a DIO-
 DORO SICVLO lib. VI. &
 APPIANO in *Illyricis* diser-
 te *Cimbri* vocantur. Forte
 & tunc ad Pontum Euxi-
 num progressi fuerunt. Cer-
 te Cimmericos ad Paludem
 Mæotim Coloniam Cim-
 brorum fuisse PLVTAR-
 CHVS in *Mario* innuit;
 quod vero mihi simili-
 us videtur, quam Cimme-
 rios illos, ut Leibnitius
 l. c. censet, ab Æsthis ortos
 fuisse.

5. Utraque ripa Castra ac

Spatia.) PONTANVS *Hist.*
Dan. hæc Castra & spatia
 in ipsa Chersoneso Cim-
 brica quærit, putatque ad
 molem, vulgo Danemverck
 inter *Scyam* & *Trejam* Au-
 ctorem respicere. Ast cum
 ista moles recentioris tem-
 poris sit, atque Auctor
 de Castris eorumque spa-
 tiis loquatur, e quorum
 ambitu magni exercitus fi-
 des constet, vel, ut CLV-
 VERIVS lib. III. 22. & I.
 10. existimat, in Italia,
 circa fluvium Athesin, vel
 in Gallia Narbonensi juxta
 Aquas Sextias, ubi FLO-
 RVS lib. III. 3. Teuto-
 nes, a Mario caesos, val-
 lem & medium flumen te-
 nuisse ait, hæc castra quæ-
 renda esse, vix est cur am-
 bigam.

6. Cum primum Cimbro-
 rum audita sunt arma.)
 FLORVS lib, III. 3. ab ex-
 tremis

audita sunt arma, Cæcilio Metello ac Papyrio Carbone Coss. Ex quo, si ad alterum Imperatoris Trajani Consulatum computemus, ducenti ferme & decem anni colligun-

tremis *Galliæ* eos venisse ait, more veterum Scriptorum, qui accurata Occidentalium Regionum notitia destituti, Galliam in Septentrionem extenderunt, atque Gallorum nomine Germanos quoque sapissime intellexerunt, quod CLVVERIVS quidem libr. I. 10. negare ausus fuit, multis vero testimoniis evicerunt OLAVS RVDBECK. *Atlant.* c. XVIII. VORBURG. T. I. p. 29. Illustr. a COCCEI. *J. P. Proleg.* §. XIII. & seqq. SPENER. *Notit. Germ. antiqu.* lib. III. 4. §. 2. & seqq. Quod vero Clar. *Auctor* nuperarum Animadversionum ad illustr. a COCCEI J. P. I. c. Germanos, qui intra fines Germaniæ ab iis, qui ultra eos habitant, fecerendos esse, & licet hi a Græcis & Romanis Scriptoribus quibusdam vocati sint Galli, illos tamen eo nomine numquam a Cæsare, Plinio, Tacito aliisque Latinis Auctoribus ita appellari contendit, veterior, ut satis solide fiat. Germaniam enim, intra cujus fines Cimbri quoque habitant, (v. *supra* cap. I. FLORVS I. c.) GALLIÆ nomine, atque SALLVST. in *Jugurtha* Cimbrorum *Gallōs* diserte appellant. Hoc etiam MATTH. PRAETORIO in *Orbe Goth.* lib. I. cap. §. 1. ad illum Flori locum recte observatum fuerit, in eo tamen is quoque errat, quod *per extrema Galliæ*, extrema Germaniæ ad Pontum Euxinum, quo illa se olim extenderit, intelligat, insuperque a Cimmeriis ibidem tam Cimbrorum in Chersoneso Cimbrica ortos fuisse, quam eos, qui Italiam invaserunt, inde per Pannoniam vel Oceanum venisse existiment. De finibus enim Ger-

liguntur. Tandiu Germania ⁷ vincitur. Medio tam longi ævi spatio multa invicem damna. Non ⁸ Samnis, non ⁹ Pœni,

Germaniæ versus Orientem v. *supr.* cap. I. not. 7. & quæ de Cimneriis, Colonia Cimbrorum, h. c. not. 4. diximus. Cimbro quoque nostros ex Chersoneso Cimbria venisse Veteres Scriptores consentiunt, in causa solum migrationis illorum diversi. Incolas Chersonesi Cimbricæ non ea de causa, ut incertis sedibus vagarentur, & latrocinii videtur quærerent, sed magna inundatione coactos migrasse et terra sua, STRABO lib. VII. refert. FLORVS quoque lib. III, 3. *Cimbri, ait, Teutoni, atque Tigurini ab extremis Gallicæ profugi, cum terras eorum inundasset Oceanus, novas sedes quærebant.* Verior autem causa videtur, quam CERRIALIS apud TACITVM *Hist. lib. IV. 74.* omnium Germanorum e Septentrione descendentium fuisse memorat. Oratione enim ad Treviros & Lingones, postquam Cimbrorum & Teutonum fecerat men-

tionem, *eadem, ait, semper Causa Germanis transcendendi in Gallias, libido atque avaritia & mutandæ sedis amor, ut relictis paludibus & solitudinibus suis fecundissimum hoc solum, vosque ipsos possiderent.*

7. *Tandiu Germania vincitur.*) Vult Auctor, tanto temporis spatio Romanos quidem studuisse, ut Germanos vincerent, sibi que subjicerent, sed domare eos haud potuisse.

8. *Non Samnis.*) Bellum cum Samnitibus unde quinquaginta annis, nec sine clade & ignomina Romanorum, gestum fuit, quippe exercitu eorum cum duobus consulibus ad Furculas Caudinas sub jugum missis. Emerferunt tamen Romani, & in ultionem sui cunctas Samnitium Urbes ita deleverunt, ut Samnium in Samnio quæreretur. LIVIVS lib. IX. FLORVS lib. I. 16.

9. *Pœni.*) Primo bello cum

ni, non ¹⁰ Hispaniæ, ¹¹ Galliæve, ne ¹² Parthi quidem sæpius admonuere. Quippe

cum Carthaginensibus, qui respectu Originis suæ Phœnices ac Pœni vocantur. Romani fœda clade & usu incognita, teste FLORO lib. II. 2. affecti fuerunt; Altero ab Annibale apud Ticinum, Trebiam, Thrasimenum lacum & Cannas victi in tantum discrimen adducti fuerunt, ut dubium non esset, quin ultimum diem habitura fuerit Roma, quintumque inter diem epulari Annibal in Capitolio potuerit, si uti victoria scivisset. FLORVS lib. II. 6. Tertio tandem bello Carthago non absque multa vi & labore expugnata, septem dierum incendio deleta fuit.

10. *Non Hispaniæ.*) Citerior & ulterior; quas antequam Publ. Cornelii Scipionis Virtute Romani Carthaginensibus eriperent, multis cladibus affecti fuerunt. LIVIVS lib. 26. 42. nec sine multis stragibus & ignominia quandoque cum

Viriatho, illo Hispaniæ Remulo, v. FLORVS lib. II. 17. cum Numantiis, IDEM lib. II. 18. EVTROP. IV. 8. & cum Sertorianis, PLVTARCH. in *Vita Sertorii*, bella deinceps gesserunt.

11. *Galliæve,*) quas decem annorum spatio vicit Cæsar, Germanis præsertim, qui Galliam Belgicam incolebant, acriter resistentibus, ut ipse refert in *Comment. de B. G.*

12. *Ne Parthi quidem sæpius admonuere.*) Persæ intelliguntur, qui post Alexandri M. obitum Seleucidarum Regibus primum subiecti fuerunt, sub Antiocho autem *Theo* rebellarunt, atque proprium Regnum condiderunt, Arface, qui defectionis Auctor fuit, primo Rege constituto, a quo successores ejus ARSACIDAE fuerunt dicti. STRABO lib. II. JUSTINVS XLI. XLII. TACIT. *Annal.* II. 3.

pe regno Arfacis ¹³ acrior est Germano-
rum Libertas. Quid enim aliud nobis,
quam cædem ¹⁴ Crassi, amisso & ipse ¹⁵
Pacoro infra Ventidium dejectus Oriens ob-
jecerit? At Germani ¹⁶ Carbone &
¹⁷ Cas-

13. *Acrior est Germano-
rum Libertas.*) Qua factum,
ut Republicæ ipsorum ple-
rumque populares olim
fuerint; *supra* Cap. XI.
qui vero Reges habuerunt.
non infinitam & liberam il-
lis potentiam reliquerint; v.
supra Cap. VII. Hinc *Ma-
roboduum Regis nomen in-
visum apud Populares, Ar-
minium pro LIBERTATE
bellantem favor habuit.* TA-
CIT. *Annal.* II. 44. Pro-
pter adfertam quoque Liber-
tatem Germanorum is BRV-
TVS vocatur a SENECA
Lib. II. de *Ira*, LIBE-
RATOR *Germaniæ*, a
TACITO *Annal.* Lib. II.
88. Ipseque cum regnum
adfectaret, LIBERTA-
TEM Popularem adversam
habuit. TACIT. l. c.

14. *Cædem Crassi,*) qui
Societate cum Cæsare &
Pompejo facta, adversus
Parthos exercitum duxit;
Sed cum homo avarissi-

mus, spoliato templo Hie-
rosolymitano, Parthorum
auro inhiaret, infeliciter
pugnavit, atque ab illorum
Rege Orode in colloqui-
um allectus ac oppressus
fuit, auro occisi in os in-
fuso, causa ludibrii, ut,
cujus animus arserat auri
cupiditate, ejus etiam mor-
tuum & exsangue corpus
auro uteretur. FLORVS
Lib. II. II. DIO Lib. XL.
VELLEI. PATERC. Lib.
II. 46.

15. *Amisso & ipse Pacoro.*)
Orodis filio, quem vivo
adhuc Patre Ventidius, M.
Antonii Legatus, vicit, &
de Parthis primum trium-
phavit, singularis fortunæ
exemplis adnumeratus a
VALER. MAX. VI. 9. PLIN.
H. N. VII. 47. quod a Cn.
Pompejo, Magni Patre, in
Bello Marfico ipse Trium-
pho ductus fuerat. Vide
quoque FLORVM IV. 9.

16. *Carbone,*) qui Consul
ad

¹⁷ Caffio, & ¹⁸ Scauro Aurelio & ¹⁹ Servilio Cæpione, M. quoque Manlio ²⁰ fufis vel captis, quinque simul Confulareis exercitus populo Romano: ²¹ Varum tres-
que

adverfus Cimbroſ primum miſſus, ſed cum exercitu fuſus eſt. LIVIVS *Epit.* c. LXIII. quod ad Norejam, Carnorum Urbem, factum fuiſſe, Strabo Lib. V. refert.

17. *Et Caffio,*) qui a Tigurinis, Sociis Cimbrorum, caſus fuit, teſte CAESARE de B. G. lib. I. 12. & LIVIO *Epit.* lib. XV. Ante illum vero M. Junio Silano ingens clades a Cimbris fuit illata, de qua LIVIVS l. c. VELL. PAT. lib. II. 12. & ASCON. PEDIAN. *Comment.* in Cic. pro C. Cornelio.

18. *Scauro Aurelio.*) De cujus ſtrage LIVIVS *Epit.* LXVII. M. inquit, *Aurelius Scaurus, Legatus Conſulis a Cimbris fuſo exercitu captus eſt, quum in conſilium ab eis evocatus, deterreret eos, ne Alpes tranſirent, Italiam petituri, eo, quod diceret, Romanos vinci non poſſe, a Bolo Rege, feroce juvene, occiſus eſt.*

19. *Et Servilio Cæpione, M. quoque Manlio.*) FLORVS Lib. III. 3. diſtinguit illorum clades, atque *nec, ait, primum impetum Barbarorum Silanus, nec ſecundum Manlius, nec tertium Cæpio ſuſtinere potuerunt.* Conjugunt vero illas, atque culpam Cæpioni tribuunt, LIVIVS *Epit.* LXVII. OROSIVS Lib. V. 16. VALERIUS M. Lib. IV. 7.

20. *Fufis vel captis.*) Vide, qui hæc pluribus expoſuit, CELLARIUM *diſput. de Cimbris & Teutonis*, Diſſertationum ejus Academicarum, quas Clar. Walchius edidit, Part. II. N. IV.

21. *Varum.*) Quintilium, quem poſt Drufi obitum atque Tiberii in Pannoniam abitum, Auguſtus Imperator Galliæ & Germaniæ præfecit; Virum, teſte VELLEIO PATERCVLO lib. II. *Ingenuo mitem, moribus*
O
quie

que cum eo Legiones etiam Cæsari abstu-
lerunt. ²² Nec impune C. Marius in
Italia,

*quietum, otio magis Castro-
rum, quam bellicæ assuetum
militiæ; pecuniæ vero, quam
non contemptor, Syria, cui
præfuerat, declaravit, quam
pauper divitem ingressus, di-
ves pauperem reliquit. Is er-
go cum pecunias a Germanis,
victis quidem, sed non do-
mitis, exigeret, atque fal-
sa opinione eos concepif-
set homines, qui nihil præ-
ter vocem haberent homi-
num, quique gladiis do-
mari non poterant, pos-
sent jure mulceri, ausus-
que esset instar Prætoris
Urbani in foro jus dice-
re, & conventus agere;
ac putaret, quod violen-
tiam Barbarorum lictoris vir-
gis & præconis voce posset in-
hibere, hæc vero ageret nimis
securus, effecit, ut Germani
Arminio, Principe Cheru-
scorum, Auctore adversus
ipsum conspiraverint, tam-
que exitialem cladem Ro-
manis intulerint, ut Au-
gustus ejus nuncio accepto,
caput interdum foribus illi-
deret, vociferans: Quintili
Vare! Legiones redde! diem-*

*que cladis quotannis mœstum
habuerit ac lugubrem. v.
SVETON. in ejus vita cap.
XXIII. Atrocitatem istius
cladis pluribus referunt
DIO lib. LVI. FLORVS
lib. IV. 12. Locum vero
ejus, quem alii juxta Au-
gustam Vindelicorum, alii
juxta Moguntiam, alii juxta
montem in Ducatu Clivenfi,
hodie Borseberg, quasi
Varusberg, quæsierunt, Il-
lustr. EPISCOPVS Monum.
Paderb. p. 19. prope Visur-
gim in saltu Teutoburgensi,
inter Baderbornam, Deth-
moldiam & Hornam mon-
stravit. Arminio autem
ob egregia in Patriam me-
rita statuum, vulgo Irmen-
seul, divinis successu tem-
poris honoribus cultam,
tunc positam, & ab ipso di-
ctam fuisse Armin vel Her-
man: Cæul, mihi facilius
persuadeo, quam aliorum
absurdas plerumque senten-
tias, de quibus vide MEI-
BOM. & WASSERBACH. pe-
culiaribus de Irmensula libris.
²² Nec impune Caj. Ma-
rius in Italia.) De quo FLORVS*

Italia, Divus ²³ Julius in Gallia, ²⁴ Drusus
ac

RVS lib. III. 3. *actum*, inquit, *erat, nisi Marius illi seculo contigisset.* Is enim confecto bello Jugurthino contra Cimbros & Teutones missus, hos primum in Gallia Narbonensi ad Aquas Sextias, illos vero in Italia juxta fluvium Athesin in campo Raudio prostravit, ast non impune, quippe cum Germani acerrime pugnauerint, nec, ut Florus lib. III. 3. narrat, minor cum Uxoribus eorum pugna, quam cum ipsis fuerit, quum objectis undique plaustris atque carpentis altæ desuper, quasi e turribus, lanceis contisque pugnauerint. *Romanos milites ex utroque Exercitu, (Catuli & Marii) trecentos periisse,* tradit EVTROPIVS lib. IV.

23. *Divus Julius in Gallia.*) Etsi enim Cæsar Ariovisti Exercitum magna elade effecerit, haud tamen absque strage Romanorum id oportet factum fuisse, quod ipso Cæsare Lib. I. 52. fatente, acies

Romanorum a dextro cornu Germanorum vehementer pressa fuerit, qua de re v. CELLARII dissertat. de *Caji Julii Caesaris adversus Ariovistum aliosque Germanos gestis bellis*, Part. II. ejus Dissert. No. VI.

24. *Drusus.*) In nummis, NERO CLAUDIVS DRVSVS GERMANICVS, Augusti Imperatoris Privignus, a quo, cum adversus Germanos, ut infamem illam cladem Lollianam ulcisceretur, missus esset, tertia expeditione ad Albim usque penetravit; Ne vero ultra tenderet, a spectro, quod Barbaræ mulieris specie ipsi apparuit, sermone Latino monitum fuisse referunt DIO lib. LV. & SVETON. in *Claudio* Cap. I. Quicquid ejus rei sit, periculis, cujusmodi apud Sigambros jam adierat, cum territum fuisse, potius mihi persuadeo. De *Tropæis*, quæ circa Stendaliam in veteri Marchia posuit, aliisque Rebus a Druso in Germania

ac ²⁵ Nero & ²⁶ Germanicus in suis eos
fedi-

nia gestis, vide CELLARII
dissert. de Claudii Drusi ex-
peditionibus, maxime Ger-
manicis, Part. II. No. VII.

25. *Ac Nero.*) TIBERIVS
NERO CAESAR, Augusti
Privignus & in Imperio
Successor, cui, tribus licet
expeditionibus in Germa-
niam susceptis, res non
male gesserit, manifesta ta-
men adulatus fuit VELLEI.
PATERC. quando Lib. II.
108. *Tiberium, scribit, per-*
agratum esse Victorem omnes
partes Germanicæ, atque ita
eam perdomuisse, ut in for-
nam pene Stipendiariæ re-
dederit Provinciæ, nihilque
fuisse jam, quod vinci potue-
rit, præter Marcomannorum
Gentem. Neque enim so-
lum Maroboduum, qui vin-
ceretur in Germania, reli-
ctum fuisse, animumque ac
Vires Germanicæ defuisse,
clade, quam Quintilius
Varus fuit passus, aliisque
exemplis postea compertum
fuit.

26. *Et Germanicus.*) In
nummis, GERMANICVS

CAESAR T. AVG. F. Di-
vi Aug. N. hoc est, *Tiberii*
filius, Divi Augusti Nepos.
Erat enim Germanicus Nero-
nis Drusi Filius, susceptus
ex Antonia, Augusti Soro-
re, atque a Tiberio, etsi
is filium haberet, jussu Au-
gusti adoptatus, ut DIO
Lib. LV. testatur. Germa-
nici nomen jure hereditario
obtinuerat, quippe quod,
teste eodem Scriptore, l. c.
per Senatus Consultum Dru-
so, ejusque filiis decretum
erat, unde Claudius & Ca-
ligula, ille Germanici fra-
ter, hic autem filius eodem,
ut ex nummis patet, no-
mine usi fuerunt, quod &
Augustus, Vitellius, Domi-
tianus aliique Imperatores
honoris sibi duxerunt. Ne-
mini vero id tam proprium
fuit, quam Germanico, qui
absque alio nomine ita ap-
pellari solet, propter feli-
ces, quas ipse in Germa-
niam suscepit expeditiones,
exactissime expositas a CEL-
LARIO, *Dissertatione de*
Germanico Cæsare, Tiberii
Filio, Augusti Nepote, Parte
II. ejus *Dissert. No. XII.*

27. *Mox*

fedibus perculerunt.²⁷ Mox ingentes C. Cæsaris minæ in ludibrium versæ. Inde otium, donec occasione discordiæ nostræ & Civilium armorum, expugnatis Legionum Hybernis,²⁸ etiam Gallias affectavere: ac rursus pulsi

27. *Mox ingentes C. Cæsaris minæ in ludibrium versæ.*) Cajum Caligulum intelligit, Germanici filium, de ejus stolidam in Germaniam expeditione, SVE-TONIVS in ejus vita Cap. XLVI. quasi, ait, *perpetraturus bellum directâ acie in littore Oceani ac balistis machinisque dispositis nemine gnaro ac opinante, quidnam coepturus esset, repente, ut conchas legerent, galeasque & sinus replerent, imperavit, Spolia Oceani vocans, Capitolio Palatioque debita.* Et in *Victoriæ* indicium altissimam turrem excitavit ex qua, ut *Pharo*, noctibus ad regendos navium cursus ignes emicarent. Turrim hanc in urbe Bononia adhuc superesse, & *la Tour d'Ordre* nunc vocari CLUVERIVS Lib. II. c. 36. & MIRAEVS in *Chron. Belgico* censent. Potius vero crediderim Castello, quod Drusus cir-

ca exitum Rheni condidit, vulgo Arx Britannica, Suiß der Britten, hanc turrim a Caligula additam fuisse, quippe cujus rudera ab Incolis ibidem *Callach*, procul dubio a conditoris corrupto nomine, vocari solet. Vide, quæ de hac Arce ac Turri diximus in *Notis ad TESCHENMACHERI Annales* p. 37.

28. *Etiam Gallias affectavere.*) Batavi nempe conjunctique illis populi, qui occasione discordiarum inter Vitellium & Vespasianum, Duce Claudio Civili, irruerunt in Galliam, quod bellum noster AVCTOR *Histor.* lib. IV. inde a Capite XII. & lib. V. describit. Vide quoque JUNIVM in *Batavia* Cap. XII. & quæ de his motibus diximus in *Not. ad TESCHENMACHERI Annal.* P. I. p. 68.

pulsi inde proximis temporibus ²⁹ triumphati magis quam victi sunt.

CAPVT

29. *Proximis temporibus triumphati magis quam victi sunt.* De Domitiani falso Triumpho TACITVS in *Vita Agricolaë*, cap. 39. *Inerat, ait, conscientia, derisui fuisse nuper falsum e Germania Triumphum emptis per Commercium, quorum habitus & crines in Captivorum speciem formarentur.* Vide quoque SVETONIUM c. XIII. DIONEM CASS. LXVII. & LXXVII. Quamvis dein M. Antonius & Maximinus ingenti apparatu expeditiones adversus Germaniam susceperint, atque multis eam locis vastaverint, impune tamen id non fecerunt, neque vel ipsi vel ipsorum Successores Germanis libertatem eripere potuerunt. De Probo quidem VOPISCVS in eius *Vita* Cap. XV. *Subacta est, ait, omnis, qua tenditur late Germania; novem Reges Gentium diversarum ad meos pedes,* imo ad Vestros supplices stratique jacuerunt. Omnes jam barbari Vobis serunt, & contra inferiores gentes militant. Ast falsa hæc sunt, multoque falsiora, quod totum mundum fecerit Romanum, ut cap. XX. scribere eundem haud puduit. Verius ante Maximianum Imperatores gratulatos esse, Gallias illo anno (Rhen) muniri, MAMMERTINVS *Paneg. Maximian.* cap. VII. dixit; Quamvis is Maximiano atque Diocletiano haud parum quoque aduletur, atque de illo, *quicquid ultra Rhenum prospicio, Romanum est; de Utroque autem, Vos Imperium non terræ, sed Cæli Regionibus terminatis, pronunciat.* Neque Julianus Imperator expeditionibus suis in Germaniam, rebusque haud infeliciter gestis aliud effecit, quam, ut submotis ultra Rhenum Germanis imperium Romanum

CAPVT XXXVIII.

de

Suevorum Potentia ac Moribus.

Nunc de Suevis dicendum est, quorum non una, ut Cattorum, Tencterorumque Gens: ¹ Majorem enim Germaniæ partem

num finibus suis reddiderit, teste EVTROPIO lib. X. 7. Post illa vero tempora Germania non solum libera mansit, sed & Franci econtrario Galliam, Vandali ac Suevi Hispaniam, Heruli, Gothi & Longobardi tandem Italiam sibi subjecerunt.

1. *Majorem enim Germaniæ partem obtinent.*) Fines enim Suevorum fuerunt versus *Occidentem* Albis, quia DIO CASSIUS de Druso lib. LV. ad, scribit, *Sueviam usque progressus est.* Venisse vero Eum ad Albi usque fluvium ostendimus *cap. præced. Not. 23.* Versus *Septentrionem* Oceanus, ita, ut Suiones quoque sub Suevis fuerint comprehensi. Post-

quam enim illos Auctor infra cap. XLV. commemoraverat, *Hic*, ait, *Sueviæ finis*, versus *Orientem* Vistula, versus *Meridiem* denique Danubius, quousque populos, quos commemorat, Suevicos pertigisse, postea apparebit. Cum ergo Suevia cis Albi se non extenderit, errantem procul dubio Cæsar, alique, qui Catos inter Suevos numerant. Penitus autem Suevorum situm ignoravit STRABO, qui Lib. VII. *Suevos a Rheno ad Albi usque pertigisse & trans Albi partem eorum habitasse* scribit. Vide, quæ jam supra ea de re diximus cap. XXX. Not. 1. Ex ingenio vero suo OLAVS RYDBECK in *Atlant.* cap. XXIV. Sueviæ populos ad unum

tem obtinent, propriis ² adhuc nationibus nominibusque discreti, quamquam in commune ³ Sævi vocentur. Insigne gentis obliquare crinem, nodoque substringere. Sic Sævi a ceteris Germanis, sic Suevorum Ingenui a ⁴ Servis separantur. In aliis Gentibus seu cognatione aliqua Sue-

omnes Scandinaviæ vindicare studet.

2. *Propriis adhuc nationibus.*) OROSIVS lib. I. 2. quinque & quinquaginta earum numerat. De præcipuis vero Auctor agit usque ad caput XLV.

3. *Sævi vocentur,*) juxta fictitium Berosum a Suevo, Germanorum Rege, de quo supra cap. II. Not. 9. juxta OLAVM RVDBECKIVM cap. XXIV. 3. 6. a SEVONE monte immenso, qui PLINIO H. N. lib. IV. 13. teste, *Riphæus montibus non minor, immanem ad Cimbrorum usque promontorium efficit Sinum, qui Codanus vocatur;* verius autem a studio sedes mutandi ita dicti fuerunt, quasi *Schwebende*, ut quoque Vandali eadem de causa *Wandeler*. A Suevis au-

tem nomen accepit fluvius SVEVVS apud Ptolemæum, quo an Sprea, an Viader intelligatur, vide quæ disputant CLVVERIVS lib. III. 25. CELLARIUS T. I. p. 457. SPENERVS lib. I. 2. p. 79. & SVEVICVM MARE apud Auctorem infra cap. XLV.

4. *A Servis separantur.*) Quæ autem servis apud Suevos fuerit capillorum forma, qua ab ingenuis separabantur, non satis liquet. Apud Francos plebi *incisam fuisse cæsariem* GREG. TVRONENS. lib. III. 8. testatur. Burgundionum Legibus *Tit. VI. 4.* Servus fugitivus prohibetur *capillum facere*, haud obscuro indicio, servos apud Germanos, tonso capite distinctos fuisse ab ingenuis.

Suevorum, seu (quod sæpe accidit) ⁵ imitatione, rarum & intra juventæ spatium; apud Suevos usque ad canitiem ⁶ horrentem Capillum retro sequuntur, ac sæpe in ipso vertice religant. Princeps & ornatio-

nus. Vide, qui pluribus hac de re, ut & servorum apud Romanos, aliasque Gentes habitu, erudite disseruit, JOACHIMVM POT-GIESERVM de condit & statu servorum lib. I. 4.

5. *Imitatione rarum.*) Tam rarum tamen id non fuisse oportet, cum alii Scriptores hunc morem universis Germanis adscribant, quorum testimonia vide apud LIPSIVM h. l.

6. *Horrentem capillum retro sequuntur.*) Hæc atque sequentia verba interpretes variis lectionibus sollicitant. Loco enim *retro sequuntur*, alii *retrosum*, alii *retrosequum* legunt: Mavult Freinshemius cum Scaligero *retrosecus*, atque voci *ornatiorem* substituit *Ornatorem*, servum videlicet ornandi capilli peritum, cujusmodi Romanis

fuerunt. CLUVERIVS lib. I. 16. p. 131. sic legit: *apud Suevos usque ad Canitiem horrentem capillum retro sequuntur, ac sæpe in ipso solo vertice religant Principes, & ornatiorem habent*; idque putant Auctorem voluisse, quod Principes domi in pace, ut reliqui Nobiles atque ingenui capillum in cervicem obligatum, nodo substrinxerint, at in bello, quo præ cetera multitudine forent magis conspicui, hostibusque terribiliores in solo vertice in altitudinem quandam eum religaverint. CONRINGIVS vero illam distinctionem omnibus Codicibus adversam esse, atque vulgata lectione retenta, nisi quod loco *retro sequuntur* substituat *retrosecus*, hoc Auctorem innuere censet, quod alii Suevorum unico nodo in solo vertice, alii pluribus retrosecus flexum crinem

tiorem habent. Ea cura formæ, sed innoxia: 7 neque enim ut ament, amenturve; in altitudinem quandam & terrorem adituri bella compti, ut hostium oculis, ornantur.

CAPVT

erinem substrinxerint, quales fuerint illi *Cirri* & *Cornua* Germanorum, priscis Scriptoribus memorata; Parum discriminis inter illas Cluverii & Conringii sententias interest, cum ille Principes solos in vertice, reliquos vero in cervice unico nodo capillos religasse putet, hic vero alios quoque capillos in vertice unico nodo, alios vero retrosecus pluribus nodis crines obligasse contendat, juxta figuras apud CLUVERIUM Lib. I. p. 67. & in fine Chartæ Geographicæ huic libro adjectæ.

7. *Neque enim ut ament, amenturve.*) Taxat Auctor mores Romanorum, apud quos feminae pariter ac Viri ex lascivia capillorum ornatui studebant. Puellæ, quæ feminis comas exor-

nabant, *Ornatrices* dicebantur, de quibus MACROBIUS *Saturnal.* Lib. II. 5. *Eadem*, ait, *Julia mature coeperat habere canos, quos legere secreto solebat. Subitus interventus Patris aliquando oppressit* ORNATRICES. Vide quoque L. 49. & 65. ff. de *Legat.* 3. ut & PIGNORIVM de *Servis*. Præ cæteris istius artis peritas laudat OVIDIVS *Amor.* Lib. I. *Eleg.* II. *Napem*, & Lib. II. *Eleg.* 7. *Cypassin*, Viros quoque *Capitum* & *Capillorum* CONCINNATORES habuisse, testatur COLMELLA *præf.* Lib. I. Et si vero Principes apud Suevos ornatiores habuerint capillos, peculiare tamen more Romanorum illos aluisse Ornatores, quod Freinshemius sibi persuasit, cum Conringio dubitare nos facit prisca Germanorum simplicitas.

CAPVT XXXIX.

de

Suevis Semnonibus.

Vetustissimos se nobilissimosque Suevorum¹ Semnones memorant. Fides antiquitatis religione firmatur. Stato tempore² in silvam, auguriis Patrum & prisca formidine facram, omnes ejusdem sanguinis populi Legationibus cœunt, cæsoque publice homine celebrant barbari ritus horrenda primordia. Est & alia Luco reverentia. Nemo nisi vinculo ligatus ingreditur, ut minor & potestatem Numinis præ se ferens. Si forte prolapsus est, attolli & insurgere haud licitum; per humum evolvun-

1. *Semnones.*) VELLEIO | to-Gothico *Zeme*, i. e. ter-
Lib. II. 106. Senones, PTO- | ra, unde Polonis *Ziemanni*
LEMAEO, vero *σέμνονες*, | i. e. *terricolæ*, audiunt agro-
Semnones, STRABONI | rum possessores, putatque
Lib. VII. *σέμνωνες* Semno- | Semnones ad differentiam
nes, syllaba media porre- | Sueonum ad mare degen-
cta, atque juxta hunc ita | tium sic appellatos fuisse,
dictos, quasi *σέμνοι* *nobiles*, | quod terrarum essent, non
honesti. Ast hanc nominis | maris incolæ ac Domini.
illius rationem merito reji-
cit MATTH. PRAETO-
RIVS *Orb. Goth.* Lib. I. c.
5. atque verosimilius id de-
rivat a vocabulo Sarma-

2. *In silvam &c.*) OLAV3
RVDBECK. *Atlant.* cap.
XXIV. uti veram Suevi-
am in Scandinavia collo-
cat,

evolvuntur. Eoque omnis superstitio respicit, tanquam inde initia gentis; ibi Regnator omnium DEUS, cetera subjecta atque parentia. Adjicit Auctoritatem ³ fortuna Semno-

cat, ita hanc filvam juxta Upsaliam quærit, atque per Regnatorem omnium, Regem Sueonum, DEUM nomine, Dominumque intelligit aliarum Gentium omnium, quæ ipsi fuerint subjectæ, ac hunc cultum Legationibus suis ipsi exhibuerint. Fabulæ ingeniose confictæ! Propius a vero abest, HERTHAM, terram omnium matrem, istis honoribus cultam fuisse.

3. *Fortuna Semnonum.*) Hos Semnones fuisse, qui olim Italiam invaserunt, atque Romano Exercitu juxta Alliam cæso, Romam ceperunt, ut credam, me adducit, quod PLVTARCHVS in *Camillo* ex Hyperboreis, atque FLORVS Lib. I. 13. ab ultimis terrarum, cingente omnia Oceano, eos venisse scribant; quæ de Gallia cis Rhenum dici nequeunt;

cui accedit, quod mores atque habitus istius Gentis, *natura*, ut Florus ibidem dicit, *ferocis, moribus inconditæ, corporum mole, perinde armis ingentibus adeo omnibus terribilis, ut plane nata ad hominum interitum urbium stragem visa fuerit*, Germanis potius, quam Gallis proprie dictis conveniant. Neque obest, quod hi populi *Galli Senones* vocentur, quia Germani apud Romanos pariter ac Græcos Scriptores Gallo-*rum* nomine sæpius veniunt, ut supra ad cap. XXXVII. & XXXVIII. visum. Semnones vero VELLEIO lib. II. 106. SENONVM nomine quoque appellati fuerunt. Quam fortiter dein Semnones cum Longobardis Libertatem suam contra Maroboduum defenderint, AVCTOR *Annal.* II. 4. 5. refert.

Semnonum. Centum ⁴ pagis habitantur, magnoque corpore efficitur, ut se Suevorum caput credant.

CAPUT XL.

de

Longobardis, Reudignis, Avionibus, Anglis, Varinis, Eudofibus, Suardonibus & Nuithonibus.

Contra ¹ Longobardos paucitas nobilitat,

4. *Centum pagis habitantur.*) Intra Albim, quem VELLEIVS l. c. versus Occidentem finem Semnonum fuisse ait; Suevum f. Viadrum & Burgundiones versus Orientem; teste PTOLEMAEO; Montes *Hercynios* versus Meridiem, & Longobardos versus Septentrionem. Vid. pluribus CLVERIVS lib. III. 25. CELLARIVS T. I. p. 478 LEIBNITIVS h. l. De Pagorum vero isto tempore ratione, quæ diximus supra pag. 80. 81.

1. *Longobardos.*) Hos olim cis Albim quoque se extendisse, sub Tiberio

autem ultra illum fluvium summotos fuisse, STRABO Libr. VII. SVETON. in *August.* cap. 21. & VELLEIVS testantur. Quorum postremus Libr. II. 106. Longobardos a Tiberio victos fuisse memorat, qui vero ultra Albim non penetravit. Tempore itaque Auctoris nostri fines habuerunt versus Occidentem Albim, versus Orientem & Meridiem Semnones, versus Septentrionem Anglos, ut ex Ptolemæo quoque liquet, & iis, quæ cap. præced. de finibus Semnonum diximus. Longobardos vero CLVERIVS Libr. III. 26. KIRGH-

tat, quod pluribus ac valentissimis² nationibus cincti, non per obsequium sed præ-

KIRCHMAIERVS h. l. aliique a *longis barbis* Lange Bärter; alii ab Instrumento militari Langen Barten, sive Streit-Arten, alii a voce *Longus & Bardus*, quasi proceros quidem statura, sed moribus *barbaros* sive stupidos homines, quos Romani *Bardos* dicebant. v. FESTVS, PLAVTVS, in *Bacchid.* V. 1. 2. Alii quasi Landwarter V. in B. mutato, dictos volunt, ut pluribus refert MATTH. PRAET. *Orbis Gothici* lib. III. cap. V. §. 1. & HARTKNOCH *Orig. Pomeran.* §. 5. Rectius v. LEIBNITIVS h. l. & ante ipsum CASP. PEVCERVS in *Chron. Meibomius* in *Hist. Bardevici* T. III. *Script. Rer. Germ.* p. 56. & SAGITTARIVS in *Hist. Bardevici* a latis & fertilibus, quos incoluerunt, agris, Börden, quasi Lange Börden.

2. *Ac valentissimis nationibus cincti.*) CHERVSCIS, qui ad Albi usque habitant, vid. cap. 36. ANGLIS & SEMNONIBVS. In hæc vero loca P. DIACONVS lib. I. c. 2. e Scandinavia in *Scoringiam* atque hinc in *Moringiam*, denique *Rugilandiam* eos venisse scribit, idemque OLAVS RVDBECKIVS *Atlant.* cap. 25. contendit SAXO GRAMMATIC. ex Dania, quod aquam, cum ob annonæ caritatem Rex Daniæ frumentum in potum absumere prohibuisset, bibere noluerint, huc eos profectos vult. MATTH. PRAETOR. l. c. Vitulæ eos primum accolasse, indeque ad Albi migrasse censet, sed nulla probatorum Scriptorum fide. E primis autem ad Albi sedibus suis Longobardi seculo III. in Pannoniam primum profecti, indeque seculo VI. a Narsete in Italiam arcessiti, Regnum condiderunt a Carolo M. tandem eversum; qua de re vid. P. DIACONVS, EGINHARTVS in *Vita* Ca-

præliis & periclitando tuti sunt. ³ Reudigni deinde & ⁴ Aviones & ⁵ Angli & Varini

Caroli M. HERTIVS in *Notit. Vet. Germ.*, P. III. 9. MATTH. PRAETOR. l. c. SPENERVS lib. V. c. 4. §. 30. Partem tamen illorum in Patria mansisse oportet, cum ADAMVS BREMENS. lic. I. 3. & HELMOLDVS *Chronic. Slav.* L. 25. *Bardorum* in illis ditionibus mentionem faciant, a quibus procul dubio pagus *Bardingau* & oppidum *Bardevicum* nomina sua accipere, ut MEIBOMIVS & SAGITTARIVS l. c. CHR. JVNCKERVS *Geogr. Med.* P. II. c. 5. p. 202. censent.

3. *Reudigni.*) CLVVERIVS lib. III. 27. & BVCHERIVS in *Belgio Rom.* lib. XIII. cap. I. legendum volunt *Deuringi*, atque Thuringos intelligunt; merito vero illam lectionem improbant CONRINGIVS, h. l. & SAGITTARIVS, de *antiquo Regno Thuringiæ* c. 3. §. 2. Quæ autem Reudignorum sedes fuerit incertum est, nisi quod Longobardis,

quibus Auctor illos statim subjungit, vicini fuisse, atque in ditionibus Mecklenburgicis vel Lauenburgicis habitasse videantur.

4. *Aviones.*) Quorum nulla alibi mentio fit, nisi cum CLVVERIO lib. III. 27. sub Cavionibus sive Chai-bonibus, quos MAMERTIVS in *Panegyri. Maximiani* cum Herulis, ditionum Sævicarum incolis, conjungit, intelligendos velis, atque collocandos in parte Marchiæ Brandenburgensis.

5. *Angli & Varini.*) Quorum illi Saxonibus & Jut-tis procul dubio vicini fuerunt, cum illorum societate Seculo V. in Britanniam trajecerint, atque huic Regno nomen Angliæ dederint. Vid. BEDA lib. I. 15. PROCOPIVS lib. IV. *Bell. Goth.* Hi autem ad Varnam fluvium in tractu Mecklenburgico habitasse videntur, Anglis vicini, cum quibus Leges quoque

Varini & ⁶ Eudofes & Sardones & Nui-
 thones fluminibus & silvis muniuntur, nec
 quicquam notabile in illis, nisi quod in
 commune ⁷ Herthum, id est terram ma-
 trem colunt, eamque intervenire rebus ho-
 minum, invehi populis arbitrantur. Est
 in ⁸ Insula Oceani Castum Nemus, dica-
 tumque in eo vehiculum veste contactum,
 attingere uni Sacerdoti concessum. Is ad-
 esse Penetrati Deam intelligit, vectamque
 bubus feminis multa cum veneratione pro-
 sequitur. Læti tunc dies, festa loca, quæ-
 cumque

quoque communes habue-
 runt, quas recensuit LEIB-
 NITIVS T. I. S. R. B.
 p. 81.

6. *Et Eudofes, & Suardo-
 nes, & Nuithones.*) Harum
 trium Gentium sedes valde
 obscuræ & minus cognitæ
 sunt. Cluverius quidem Lib.
 III. 27. *Eudofibus* Pomeraniæ
 citerioris partem Septen-
 trionalem; *Suardonibus* (ab
 albo colore, ut vult Con-
 ringius, *Swarzen*, vel juxta
 Junckerum *Schwardten* a
gladiis, Swardten, ita dictis)
 partem Meridionalem; Nui-
 thonibus sive Vithonibus,
 ut Conringio placet, *Weis-*
sen, partem Uekero - Mar-

chiæ assignat, sed meris con-
 jecturis. Quæ vero OLAVS
 RVDBECKIVS in Scandi-
 navia illis tribuat loca, vide
 in ejus *Atlantica* cap. XXIV.
 §. 3. n. 34. & seqq.

7. *Herthum*,) ab *Erdte*
 TERRA, de cujus apud
 Septentrionales cultu sub
 variis nominibus, multa con-
 gessit OLAVS RVDBECK.
Atlant. P. II. cap. VI. de
Geolatria.

8. *In Insula Oceani.*) Per
 hanc Insulam IDEM Scan-
 dinaviam intelligit, atque
 mense Julio hoc festum
 ibi celebratum fuisse P. I.
 cap.

cunque adventu hospitioque dignatur. Non bella ineunt, non arma sumunt. Clausum omne ferrum, pax & quies tunc tantum nota, tunc amata, donec idem Sacerdos fatiatam conversatione mortalium Deam templo reddat. Mox vehiculum & vestes, &, si credere velis, Numen ipsum secreto Lacu abluitur. Servi ministrant, quos statim idem Lacus haurit. Arcanus hinc terror, sanctaque ignorantia, quid sit illud, quod tantum perituri vident.

CAPVT

cap. XXIV. n. 18. contendit. En! quia liber rarus est, ipsa ejus verba: *De Sacrificii tempore hæc quoque Tacitus cap. 40. addit: Læti tunc dies, Festa loca, quæcunque adventu hospitioque dignatur. Non bellum ineunt, non arma sumunt, clausum omne ferrum, pax & quies tunc tantum nota, tunc amata. Certe bruma celebratum fuisse hoc festum, appellatumque Julium, in cap. 5. docuimus. Eo autem tempore omnes aduente lautissime excipiebantur; Reges hominesque reliqui muneribus ac strenis se invicem ornabant, quoque major esset omnium securitas,*

pacis & quietis Studium, publica Præconis voce indicebatur. Nostri Indictionem tam solennem Julifred, id est pacem Juliam adhuc vocant, tanto in honore olim habitam, ut ea durante nemini litem suam coram iudice persequi licuerit, id quod ex Legibus & Historicis nostris fuisse probari posset, sed malimus unam tantum Legem ex Cæciliæ LL. Helsing. tit. de iudiciis cap. 14. de promptam audire. Hac pace Julia durante nemo alteri litem intendat. Pace vero Verna & Autumnali litem intendere fas esto. Adeoque non modo Upsalice, sed etiam passim in hoc Regno nostro illa cantum.

CAPUT XLII.

de

Hermunduris & Albi Fluvio.

Et hæc quidem pars Suevorum in secretiora Germaniæ porrigitur. Proprior (ut quo modo paulo ante Rhenum, sic nunc Danubium sequar) Hermundurorum ¹ Civitas,

tympanorum strepitu aut tubarum clangore pacem Juliam publicandi consuetudo adhuc remanet, reliquorum autem Pacis generum, ut ut in Legibus nostris mentio fiat, tamen sine solenni aliquo ritu, statis temporibus pro indictis habentur. Qui plura de Veterum hilaritate in hoc Festo novisse desiderat, Cl. Verelii not. ad H. Herv. p. 51. adeat atque fragmentum Fort. Runic. in Tab. 14. Fig. 55. inspiciat, ubi magnum Cornuum, quibus propoculis Veteres usi sunt, numerum pro genuina Festi hujus hilaritatisque cum eo conjuncta nota, deprehendet.

1. Hermundurorum.) Qui a Virtute, Heermänner, atque hinc Romanis HER-

MUNDVRI; STRABONI corrupte *Eumondori*, ac perperam ab eodem trans Albim collocati, juxta VELLEIUM lib. II. 206. intra illum fluvium, Bojohemum & Salam primum habitant, ut quoque ex bello illorum cum Cattis circa Salinas gesto apparet, de quo AUCTOR *Annal.* XIII. 57. ex quo vero Marcomani in Bojohemum recesserunt, horum priscis sedibus occupatis ad Danubium usque se extenderunt, nomenque Suevorum illuc transfulerunt. LEIBNITIVS h. l. Misniam, Vogtlandiam & Franconiæ partem, CLUVERIVS lib. III. 27. Anhaltini insuper Principatus, Saxonix Ducatus, Palatinatus superioris

vitae, ² fida Romanis, eoque folis Germanorum non in ripa commercium, fed penitus atque in splendidiffima ³ Rætiae Provinciae Colonia; paffim & fine custode transeunt, & cum ceteris Gentibus arma modo castraque nostra ostendamus, his domos villasque patefecimus non concupifcentibus. ⁴ In Hermunduris Albis oritur, flumen inclytum & notum olim: nunc tantum auditur.

CAPUT XLII.

de

Narifcis, Marcomanis & Quadis.

Juxta Hermunduros ¹ Narifci
ac

ris ac Sueviae partem illis tribuunt, praeter quos de illius Populi sedibus vide CONRINGIVM de *antiq. Stat. Helmstad.*

2. *Fida Romanis.*) Postea autem Marco Antonio Imperante Hermunduros cum aliis Gentibus contra Romanos conspirasse, refert JVL. CAPIT. in *M. Anton.* c. 22.

3. *Rætiae Provinciae Colonia.*) Augustam intelligit Vindellicorum; vid. supr. c. I.

4. *In Hermunduris Albis oritur.*) Imo procul ab Her

munduris, atque in extremis Marcomanorum finibus versus Orientem ex Giganteis jugis, vulgo Niesengebirge, fluvius hic profluit, loco, quem Ptolemaeus *Devena* appellat, ut censet M. ALTINGIVS in *Exposit. Tab. Ptol. P. II.* Tacitus vero ipse errorem suum circa hujus fluminis ortum excusare videtur, dum olim quidem illum notum, suo autem tempore tantum audiri addit.

¹ *Narifci.*) Forte dicti

P 2

die

ac deinde ² Marcomani, & ³ Quadi agunt.

die Nabische, a fluvio *Nabo*, hinc *Marisci*, atque corruptius Ptolemæo *Varisti*. CLUVERIVS lib. III. 29. in superiori Palatinatu eos collocat.

2. *Marcomani*.) Hos CLUVERIVS lib. III. 30. atque CELLARIUS *Notit. Orb. antiq.* T. I. p. 485. ad Rhenum & Danubii fontes in Ducatu Würtembergico primum habitasse censent, LEIBNITIVS vero h. l. primas illorum sedes in Moravia collocat, atque a *Marca* fluvio eos appellatos putat, quod per tanta terrarum spatia a Rheno ad Albim & in Pannoniam usque tam facile eos sedem transtulisse, proculcatis potentissima Hermundurorum, totque aliis gentibus haud credi possit. Ast facile illud nobis persuademus, quod Autor sedem in Bojohemo *virtute* ab ipsis *partam* fuisse dicat atque VELLEIVS lib. II. 108. de iisdem scribat, quod *finitimos omnes aut bello domuerint, aut conditionibus*

juris sui fecerint, Cimbri quoque, T utoni, Longobardi, aliique populi, tota Germania peragrata, in Italiam ac Galliam transfierint, atque in Cluverii & Cellarii sententia nos insuper confirmat, quod CAESAR B. G. L. I. 15. Ariovisti Exercitui eos interfuisse referat, dictos procul dubio, *Marckmänner* a *Marck* s. limite Germaniæ, quam primum tenuerunt. Tempore vero Augusti demum, atque expeditionis Drusi in Rætiam inde migrasse videntur, quia CAESAR B. G. I. VI. *Gallos* s. Bojos suo tempore in Hercyniæ saltu se adhuc continuasse dicit, ac OROSIVS lib. VI. 20. Marcomanos a Druso caesos fuisse memorat, spoliatorumque marcomanicorum in illo bello meminit FLORIVS lib. IV. 12.

3. *Quadi*.) Incolæ juxta GOLDASTVM *de Regno Bohemiæ* lib. I. 12. CLUVERIVM lib. III. 31. CELLARIVM p. 486. *Moraviæ*, juxta

gunt. Præcipua ⁴ Marcomanorum gloria viresque, atque ipsa etiam sedes, pulsif ⁵ olim Bojis, virtute parta. Nec ⁶ Narisci Quadive degenerant. Eaque Germaniæ velut frons est, quatenus Danubio pergitur. Marcomanis Quadisque usque ad nostram memoriam Reges ⁷ manserunt
ex

juxta alios, *Silesiæ* quoque, ac iidem cum *Silesiis*, quod *Silesiorum* æque ac *Quadorum* vocabulum, hominem improbum denotet; ast inepte, cum *Quadi* origine Germani, *Silesii* autem *Slavi* sint, vide pluribus *FIBIGERVM* ad *Henelii Silesiographium* cap. I. §. 14.

4. *Præcipua Marcomanorum gloria.*) Tantum enim hi & socii illorum, *Quadi* & *Narisci*, terrorem incusserunt Romanis, ut *M. Aurel. Anton.* Imperator undique Sacerdotes acciverit, ac ipse exercitum adversus illos duxerit, pluvia, cum ab hostibus inclusus siti laboraret, precibus Legionis Christianæ, ut dicitur, miraculose impetrata, ser-

vatum, quibus autem fabulosa admixta videntur, ut jam diximus in *not. ad TESCHENM. Annal.* p. 73.

5. *Pulsif olim Bojis.*) *VORBURGIUS* T. V. id jam diu ante Cæsarem factum fuisse putat; sed vide quæ diximus h. c. n. 2.

6. *Nec Narisci Quadive degenerant.*) Marcomanorum enim illi ut plurimum, & in Bello adversus *M. Aurel. Antonium* socii fuerunt. De *Quadis* præcipue *AMM. MARCELL.* Lib. XXXIX. 5. *Quadorum*, ait, *natio motu est excita repente, parum nunc formidanda, sed immensum quantum ante hac bellavit & potens; ut indicant perpetrata.*

7. *Reges habuerunt.*) Marcomani ante Auctoris nostri

ex genere ipforum, nobile Marobodui & Tudri genus. Jam & externos patiuntur. Sed vis & potentia Regibus⁸ ex auctoritate Romana. Raro armis nostris, sæpius pecunia juvantur.

CAPVT

stri tempora MAROBODUUM, CATVAELDAM, regno eieetos, cum in tyrannidem incidissent, v. VELLEIVS L. II. 108. AVCT. *Annal.* II. 46. 62. VANNIVM, quo deieeto, Dux Hermundurorum JVBILIVS s. VIBILIVS utrique populo imperavit. AVCT. *Annal.* II. 63. & XII. 29. Post vero ejus tempora AVR. VICTOR de *Cæsariibus* c. 33. Marcomanorum Regem ATTALVM; Quadorum vero Reges AMM. MARCELL. lib. XVII. & XXIX. VIDVARIVM, USAFERVM, & GAPINIVM memorant.

8. *Ex Auctoritate Romana.*) Unde Maroboduum Arminius *Satellitem Cæsaris vocat*, apud AVCT. *Annal.* II. 45. Eundemque STRABO lib. VII. ab Augusto *potentiam accepisse* dicit. VANNIVM quoque a Ti-

berio ipsis datum fuisse, *Annal.* II. c. 63. innuitur, Quados etiam ab Antonino Pio Regem accepisse nummus testatur apud Illustr. SPANHEMIVM de *Præstantia & usu Numism.* Vol II. p. 582. Ubi nummus iste exhibet ab una parte effigiem Cæsaris cum Inscriptione: ANTONINVS PIVS AVGVSTVS, ab altera duas figuras stantes, unam Regis illius barbari, nudam, nisi quod pallium a tergo rejectum habeat, alteram Legati Cæsaris, qui dextram ejus jungit utpoto in fidem Romanorum recepti cum Inscriptione: REX QVADIS DATVS. Quin ipsi Quadi apud CAPITOLINVM in Marco Imperat. c. 14. Regem suum se prius confirmaturos negant, quam id placuisset Imperatoribus Romanis.

CAPVT XLIII.

de

*Marfignis, Gothinis, Osis, Buriis,
Lygiis, Ariis, Helveconibus, Manimis,
Elyfiis, Naharvalis.*

Nec minus valent retro * Marfigni, Gothini, Osi, Buri: terga Marcomanorum Quadorumve claudunt, e quibus Marfigni & Buri fermone cultuque Suevos referunt. Gothinos Gallica, Ofos Pannonica lingua coarguit non esse Germanos, & quod Tributa patiuntur. Partem Tributorum Sarmatæ, partem Quadi ut alienigenis imponunt. Gothi-

i. *Marfigni, Gothini, Osi, Buri.*) HENELIVS in *Silesiographia* cap. I. §. 18. 19. 20. 21. CLVVER, Lib. III. cap. 32. ut ubique fere, secutus quatuor his Populis Silesiæ ditiones, qua Semnones eas non tenuerunt, tribuit omnes, exclusis inde Lygiis; a quibus vero multum abit FIBIGERVVS in *Notis* ad Henelium, & Lygiis quoque partem Silesiæ assignat, cuius sententia nobis videtur verior. *Gothinos* certe & *Ofos*,

quia tributarii fuerunt Sarmatum & Quadorum in horum finibus; atque Ofos, quia Pannonica Lingua usi fuerunt, versus Pannoniam cis Danubium, in cuius ripa TACITVS supra cap. 28. eos collocavit, in exiguo tractu, quippe inopes & pauperes; infra hos vero Gothinos habitasse oportet, quibus proximi fuerunt *Buri* ad Carpatem montem & Vistulæ fontes, atque *Marfigni* intra & cis ditionem

Gothini, quo magis pudeat, & ² ferrum effodiunt. Omnesque hi populi pauca campestrium, ceterum saltus ³ & vertices montium, jugumque infederunt. Dirimit enim, scinditque Sueviam continuum ⁴ jugum, ultra quod plurimæ gentes agunt; ex quibus latissime ⁵ patet Lygiorum nomen in plures Civitates diffusum. Valentiffi-

Comitatus Glacensis; quæ ratione Tacito etiam satisficit, qui Populus istos Marcomanorum & Quadorum terga clausisse ait. Reliquam Silesiam Ligii tenuerunt, utpote latissime patentes. Ceterum PRAETORIVS in *Orbe Gothico* L. I. c. 18. §. 8. Oforum & Gothinorum nomina Sarmatica esse, atque illos, vel ab *Ossa*, i. e. *vespa*, cujus instar vicinis molesti fuerint, vel ab *Usy*, i. e. *Myface*; Hos vero, DIONI Lib. 71. *Cotinos*, *KVDINI*, i. e. *miseros* & *serviles* appellatos fuisse, haud inepte censet;

2. *Et ferram effodiunt.*) Meminit harum ferrifodinarum PTOLEMAEVS, atque sub *Sylva*, ait, *Hercynia Quadi*; sub quibus *ferrifodinae* & *Lunæ Sylva*.

3. *Saltus & Vertices montium.*) CARPATIVUM videlicet, ASCIBURGIENSIS, LVNAE, SVDETIVM aliorumque, de quibus vide HENELIVM *Lib. cit.* Cap. II.

4. *Montium jugum.*) PTOLEMAEO *Asciburgium*, quo an Mons Zabothus, dev Zottenberg, an montes Sarmatici das Ungarische Gebürge intelligi debeant, HENELIVS Cap. II. §. 9. & FIBIGERVS *ibid.* contendunt.

5. *Lygiorum,*) s. Ligiorum, ut AVCTOR *Annal.* XII. c. 29. 30. eos appellat, quos Fibigerus contra Cluverium, Henelium & Hanckium Silesiæ, ut supra n. 2. diximus, vindicat, eo nomine forte dictos,

tissimas ⁶ nominasse sufficiet, Arios, ⁷ Helveconas, Manimos, ⁸ Elyfios, Naharvalos. Apud Naharyalos antiquæ Religionis lucus ostenditur. Præfidet Sacerdos muliebri ornatu, sed Deos *interpretatione Romana Castorem Pollucemque* memorant. ⁹ Ejus Numinis nomen Alcis. Nulla simulacra, nullum peregrinæ superstitionis vestigium. Ut

Etos, quia Civitates illorum arctissimo fœdere ligatæ atque junctæ fuerunt, Ptolemæo corrupte *Logiones*.

6. *Valentissimas nominasse sufficiet.*) Præter enim illos, quos Auctor hic refert, *Ptolemæus* Lib. II. cap. 2. *Didunos, Lutos* aliosque commemorat.

7. *Arios, Helveconas, Manimos, Elyfios, Naharvalos.*) MERCATOR & HVNDIVS quatuor priores Populos in Insulis Maris Balthici, *Urœ, Halland, Moen & Alsen*, ex convenientia nominum collocant. PLINIVS quoque lib. IV. 13. *Hillevones*, qui iidem videntur cum Helveconibus, in Scandinavia ponit, unde fortassis cum Cimbris & Teutonis profecti, atque

communi nomine *Nordwalen*, indeque *Naharvali* dicti, circa *Vistulam* confederunt.

8. *Elyfios.*) Incolas *Silesiæ*, a quibus sunt, qui *Silesios* nomen accepisse putent. v. HENEL. cap. I. §. 17. 34. ibique FIBIGERVS.

9. *Ejus Numinis nomen Alcis.*) CHRISTOPH. WÆGEMANNVS im Entwurff vom Druiden-Fuß pag. 17. *Naharvalos* in *Nordgovia* ponit, atque Numen hoc *ALCIS*, quasi *Alles* ist, dictum, in *Vico Allesheim*, Ptolemæo *Alcimœnis*, ab ipsis cultum fuisse putat, sed contra Veterum Scriptorum consensum, qui *Naharvalos* circa *Vistulam* collocant. Ab *Hercule* vero *Alcide*, cujus *Castor*

Ut fratres tamen, ut juvenes venerantur.
Ceterum Arii super vires, quibus enume-
ratos paulo ante populos antecedunt, tru-
ces, infitæ feritati arte ac tempore lenoci-
nan-

& Pollux in expeditione Argonautica Socii fuerint, Numen hoc appellatum fuisse, æque est absurdum ac a Minerva *Alcide*, vel a Pythagora *Alce* illud accessere. Forte autem ex Vocabulis *Alff*, *Alp*, *Elff*, quibus Dæmones Montani a Septentrionalibus populis appellari refert Clariss. KEYSLERVS *Antiq. Celt.* pag. 500. ALCIS nomen corruptum est, quod tam vocabulorum convenientia, quam Montium circa quos Naharvali habitarunt frequentia admodum verosimile reddunt; nisi tamen magis placeat, nomen illud, ut multis aliis accidit, a Romanis depravatum esse ex voce *Alt*, quia lucus *antiquæ* religionis dicitur. Nec minor difficultas occurrit circa ipsum Alcis NVMEN, quod *interpretatione Romana* Auctor Castorem & Pollucem vocat. OLAVS R V D B. *Atlant.* T. I. cap. 24. §. 48. p. 628. ignes fatuos intelligi putat. MATTH. PRAETORIVS autem in *Orbe Goth.* L. VI. cap. II. §. I. & PASTORIVS in *Orig. Sarmat.* ipsa Castoris & Pollucis Numina sub *Lebi* & *Polebi* nominibus apud Sarmatas culta fuisse referunt; quod DIODORVS SICVLVS confirmare videtur; qui *Lib. IV. Biblioth.* veterum & recentium Scriptorum testimoniis refert, Argonautas, post vellus abreptum Tanam ingressos versus fontes amnis ascendisse, navique per aliquod loci intervallum protracta, per aliud flumen, in occasum versus ita cursum flexisse, ut a sinistra continentem habuerint, donec juxta Gadeis in mare nostrum inveherentur, atque ad hoc probandum, his eos uti dicit argumentis: *Quod Celtæ Oceani adcolæ Deorum maxime*

nantur. Nigra scuta, ¹⁰ tineta corpora, atras ad prælia noctes legunt: ipsaque formidine atque umbra feralis exercitus terrorem inferunt, nullo hostium sustinente novum ac velut infernum adspectum. Nam primi in omnibus præliis oculi vincuntur. Trans Lygios ¹¹ Gothones regnantur, paulo

xime DIOSCVROS venerentur, apud quos a priscis inde temporibus traditum, ex Oceano Deos hosce quondam ad ipsos delatos esse, prætereaque Regionem Oceano obversam haud paucas habere appellationes cum ab Argonautis tum ab DIOSCVRIS deductas. Etsi vero navigatio hæc fabulosa sit, a Græcis tamen ad Sarmatas cultum Castoris & Pollucis perlatum fuisse, haud est incredibile. Vide quoque CLVVERIVM Lib. I. c. 30.

10. Corpora tineta.) Vid. etiam de Britannis supra cap. 17.

11. Gothones.) PLINIO lib. IV. 14. & XXXVIII. 2. Guttones, STRABONI L. VII. Gutones; AVCTORI nostro Annal. 62 Goto- nes; medio ævo Getæ, Gau-

tunni &c. ita dicti juxta OLAVM RVDBECK. Atl. c. 7. & 17. a voce Gothica Gauta, Gate, ænigma, unde Deus arcanorum interpres, Gut, Gott, atque Gothi, quasi Divini appellantur, verosimilius autem juxta PRAETORIVM lib. I. p. 19. a voce Scythica GVTA i. e. bonum rei familiaris, & in specie grex ovilis, quia Scythæ, a quibus Gothones cum ceteris Germanis orti fuerunt, rei pecuariæ studuerunt; Incolæ fuerunt Prusis, intra Vistulam, Mare Balthicum & Pomeraniam, quo ex Scandinavia ipsos venisse, Scriptorius Suecici, STIERNHILM, LOCCENIUS & præcipue OLAVS RUDBECK. l. c. contendunt, sed adversus Auctoritatem Veterum Scriptorum omnium,

paulo jam ¹² adductius quam ceteræ Germanorum Gentes: nondum ¹³ tamen supra libertatem. Protinus deinde ab Oceano ¹⁴ Rugii & Lemovii; omniumque harum

um, qui primas illorum fedes circa Vistulam collocant, unde potius Colonia ejus Gentis olim in Scandinaviam, Seculo vero III, *Visigothi* primum, *West-Gothen*, qui in antiqua illa sede versus Occidentem habitarunt, in Pannoniam, hinc deinceps in Italiam ac deinceps in Galliam & Hispaniam profecti, Regna ibi condiderunt a Francis & Saracenis postea everfa, Hos, cives suos, eadem via *Ostro-Gothi*, *Ost Gothen*, *Orientalis Gothi*, mox secuti in Italia sub Regibus suis confederunt, a Justiniano Imperatore tandem devicti, de quibus Gothorum rebus vide pluribus PROCOPIUM *de bello Gothico*, MATTH. PRAETORIVM in *Orbe Gothico*, HERTIVM *Notit. Vet. Germ. Popul.* P. III. c. VII. & VIII. De Succino autem ad Gothonum insulam advecto v. *Cap. XLV.*

12. *Paulo jam adductius.*) Quo modo, an *addictius* legas, perinde est, ut censet CONRING. h. l. De exigua autem potestate Regum apud alios populos Germaniæ v. *supra* c. 7. Ceterum Reges apud Gothos ex illustribus *Amalorum*, *Balthorum* & *Hanilorum* familiis fuisse electos M. PRAETORIVS lib. IV. cap. III. §. 2. & HERTIVS l. c. c. 8. §. 6. annotarunt.

13. *Nondum tamen supra Libertatem.*) Habebant enim leges suas, juxta quas imperarent, unde THEODORICVS, teste ISIDORO *Era* 504. Edictum promulgavit, *salva juris Publici reverentia & legibus cuncto- rum reverentia servandis.* Vide GROTIUM J. B. & P. lib. I. c. 3. §. 2. n. 3. in *notis*, & HERTIVM l. c.

14. *Rugii & Lemovii.*) PTOLEMAEO comani nomine *Rudicii*, incolæ Maris Baltici

rum Gentium Insigne, rotunda scuta, breves gladii & erga Reges obsequium.

CAPVT

thici inter Viadrum & Vi-
stulam; atque *Rugii* versus
Occidentem in Pomerania
ulteriori & Insula Rugia,
juxta PRAETORIVM lib.
III. c. 6. §. I. nomine Sar-
matico, *Rogus*, eminenti
Statura, vel a *Rovius* i. e.
fertilitate ditionum, vel
juxta alios a fluvio *Rega*
ita appellati. *Lemovii* ver-
sus Orientem, vel a *Lemovi*
i. e. *felicitate*, ut IDEM
censet, vel ut alii putant,
a fluvio *Leve* dicti. Vide
quoque HARTKNOCHI-
VM in *Orig. Pomeran.* Ce-
terum Lemovios, quorum
nulla amplius mentio fit,
HERVLOS postea appella-
tos fuisse, CLVV. lib. III.
35. censuit. Id certum est,
Herulos, perpetuos vel Ru-
giorum vel Gothorum So-
cios, ab hoc tempore valde
inclaruisse, ut pluribus re-
fert PRAETORIVS L. III.
c. 4. Patriam illorum PRO-

COPIVS Hist. Goth. Insu-
lam *Thule* fuisse ait, qua
OLAVS RVDBECKIVS
Atlant. c. XIX. Scandinavi-
am intelligit, indeque Heru-
los arcessit; PRAETORI-
VS vero l. c. ditiones ad Ma-
re Balthicum significari con-
tendit. Cum vero PLINI-
VS lib. IV. c. 16. ex Insula
Nerigon (Norwegia) in
Thulem navigari dicat, at-
que vel Islandia, vel alia
Insula supra Norwegiam
significetur, Procopium
potius deceptum fuisse
credo. Ceterum vicinas
quoque Rugiis ditiones
Brandenburgenses Heruli
incoluisse videntur, quod
ex nomine Montis Har-
lungi (*Herlungerberg*) jux-
ta Urbem Brandenburgen-
sem, aliisque eorum Vesti-
giis in illo tractu Clariss.
GVNDLINGIVS de *Hen-
rico Aucupe* p. 159. & 161-
jam observavit.

CAPUT XLIV.

de

Suionibus.

Suionum ¹ hinc Civitates, ipso in Oceano, præter Viros armaque Classibus valent.
Forma

1. *Suionem hinc Civitates:*) In Scandinavia, quam ut & reliquas Regnorum Norwegiæ & Sueciæ ditiones AVCTOR *supra* cap. I. Insulas esse credidit, PLINIVM secutus, qui H. N. lib. IV. 13. *Sevo*, ait, *mons ibi immensus, nec Riphæis jugis minor, immanem ad Cimbrorum usque Promontorium efficit sinum, qui Codanus vocatur, refertus Insulis, quarum clarissima SCANDINAVIA est, incomptæ magnitudinis, portionem tantum ejus quod sit notum, Hillevionum Gente IO incolente pagis, quæ alterum Orbem terrarum eum adpellat. Nec est minor opinione FINNINGIA.* Idem cap. XVI. Insulas ibi commemorat BERGOS & NERIGON, quarum hæc procul dubio est *Norwegia*, illa vero ditio ejus *Bergensis*. Scandi-

naviæ, quam PLINIVS l. c. & PTOLEMAEVS *Scandiam* quoque, Scriptores vero mediæ ævi *Scanziam* vocant, Sueones Incolas fuisse Australes, SITONES vero Septentrionales AVCTOR innuit, dum illos h. c. proximos facit Suevis Cis - Marinis, hos autem *cap. seq.* prioribus *continuari* ait. In eadem Insula PLINIVS l. c. *Hillevionum* meminit, atque aliarum insuper Gentium PTOLEMAEVS, qui *tenent*, ait, *ipsius Occidentalia CHADINI, Orientalia vero FAVONAE & FIRAESI, Meridionalia GVTAE & DAUCIONES, Media autem tenent LEVONI.* Quæ vero ex his Populis vel Sueonum vel Sitonum Civitates fuerint, non satis liquet. Ceterum id OLAVS RVDBECK. in *Atlantica* sua agit, ut Populos

Forma Navium eo differt, quod ² utrimque prora paratam semper appulsui frontem agit: nec velis ministrantur, nec remos in ordinem lateribus adjungunt; solutum, ut in quibusdam fluminum, & mutabile, ut res poscit hinc vel illinc remigium. Est apud illos & Opibus honos, eoque unus imperitat, ³ nullis jam exceptionibus, non pecario jure parendi. Nec arma, ut apud ceteros Germanos, in promiscuo, sed clau-

fa

los ex Oriente fluviorum & Marium, juxta quæ habitare olim consueverint, ductu, in Sueoniam primum venisse, atque hinc demum in reliquas Orbis partes dispersos, Gentibus fere ad unam omnibus originem dedisse, evincat, eaque de causa, quicquid est Antiquitatum, Scandinaviæ suæ vindicat; quæ vero etiam summi ingenii multæque Eruditionis, pariter ac in Patriam suam amoris laudem sibi comparaverit, vix tamen ullius assensum meruit.

2. Quod utrimque prora.)

Barbaros quoque juxta Pontum Euxinum Populos ejusmodi navibus, quas *Camaras* vocaverint, usas fu-

isse, AVCTOR *Hist.* lib. III. c. 47. refert. His vero navibus Gentes Septentrionales in Americam facile trajicere potuisse, atque Americanis originem dedisse, ut GROTIUS in *Origin. Americ.* existimat, tanto est verosimilius, quod Americani teste B. de la HONTAN in *descript Itin. Amer. Septent.* ejusmodi navibus adhuc utantur. Pluribus vero de Re Germanorum Navali vid. CLYVERIUS *Libr. I. cap. 18.* OLAVS RVDBECK. *T. I. pag. 323. 474. & P. II. p. 180.*

3. Nullis jam exceptionibus.)

Secus apud alios Germaniæ Populos; vide *supra c. VIII. XI.*

1. Mare

sa sub custode, & quidem Servo: quia subitos hostium incurfus prohibet Oceanus; otiosæ porro armatorum manus facile lascivunt. Enim vero neque nobilem, neque ingenuum, ne libertinum quidem armis præponere Regia utilitas est.

C A P V T XLV.

de

*Mari Pigro, Æstis, Matre Deum,
Succino & Sitonibus.*

Trans Suionas aliud ¹ Mare, Pigrum, ac prope immotum, quo cingi claudique Terrarum Orbem hinc fides: ² quod extremus cadentis jam Sôlis fulgor in ortus edurat, adeo

1. *Mare Pigrum ac immotum.*) Ita quoque Auctori in *Vita Agric.* cap. X. Græcis Scriptoribus apud **PLINIVM** Libr. IV. 13. *Amalchium, Morimarusa, & Cronium;* ipsi **PLINIO** Lib. XXXVII. 2. *Concretum Mare,* **JUVENALI** Sat. II. 1. *Glacialis Oceanus,* propter continuam glaciem; qua mare istud impenetrabile redditur, ut experti fuerunt, qui *Seculis superioribus* viam in Indiam Orientalem per illud tentarunt. v. **RECUEIL de VOYAGES du NORD.**

2. *Quod extremus cadentis jam Sôlis fulgor in Ortus edurat.*) Inde hoc accidere, quod hominibus circa utrumque Polum habitantibus, Sol ultra 24. vel 25. gradus infra Horizontem ipsorum haud deprimatur, eaque distantia

adeo clarus, ut fidera hebetet. Sonum insuper³ emergentis audiri, formasque Deorum & radios capitis adspici, persuasio adjicit.⁴ Illuc usque (& fama vera) tantum natura. Ergo jam dextro Suevici maris littore⁵ Æsthyorum Gentes adluntur; quibus ritus habitusque

stantia radios suos adhuc supra Horizontem projiciat, tanto lucidiores, quo refractiones in illis locis sunt majores, vel illis notum est, qui doctrina Sphærica, atque Rerum Naturalium notitia initiati sunt, unde vero simul consequitur, homines, qui sub ipsis Polis habitant, propter situm Globi terrestris parallelum, perpetua luce frui. v. VAREN. *Geograph.* lib. II. 25. BECMANN. in *Hist. Orb. Terrar.* P. I. Cap. I. §. 17.

3. *Sonum insuper emergentis audiri.*) Malim, vel *semergentis* cum Lipsio, vel *immergentis* cum Colero, ex vulgi persuasione, mergi Solem cadentem & hinc fridorem nasci, perinde, ut fit, si quando ferrum candens aqua extinguitur.

4. *Illuc usque* (& fama

vera) *tantum natura.*) Ex vulgi non solum, sed & quorundam Ecclesiæ Patrum, ac medio ævo tam communi opinione, Orbem terrarum instar disci plantum esse, ut Vergilius Episcopus Bavarix, quod terram rotundam esse & Antipodibus quoque inhabitari doceret, Episcopatu suo fuerit ejectus; AVENT. *Annal. Boj.* lib. III. c. 9. p. 262. & MARC. ANTON. de DOMINIS, qui Zachariæ P. M. ea de re Bullam refert, de *Republ. Christ.* lib. VII. c. 5.

5. *Æsthyorum gentes.*) Has gentes, quæ ditiones Prusix, Curlandix & Livonix, ut præter Scriptorum consensum, ex Succini apud illos collectione, Provinciæ *Estonicæ* nomine, aliisque vestigiis ibidem apparet, incoluerunt, Origine *Istævones*, de quibus Cap. II. atque

tusque Suevorum. Lingua⁶ Britannicæ
proprior. Matrem⁷ Deum venerantur. In-
figne

in has juxta Mare Suevi-
cum inter Vistulam, Vene-
dos & Fennos sedes pro-
fectas fuisse, CLUVERIVS
Lib. III. 45. ex sola no-
minum convenientia
quadam conjicit. vero
est similius, *Æstynos* ita
fuisse dictos, ab *Ōst*, *Ori-*
ens, versus quem habita-
runt, Anglis *Est* seu *West*,
ut liquet ex Provincia *EST-*
Saxonia, & nomine *Ester-*
lingorum, quo Prussos ab-
pellare solent. SCYRI &
HIRRI, quorum PLINIUS
lib. IV. 13. in eodem tra-
ctu meminit, ut & SVDE-
NI apud PTOLEM. lib.
III. c. 5. procul dubio ci-
uitates *Æstyorum* fuerunt,
a quibus etiam postremis
littus *Sudavicum* nomen su-
um accepit. *Æstyorum* no-
mine illi populi apud
EGINH. in *Vita Caroli M.*
c. XII. adhuc veniunt, in-
dicio, PRUSSORVM vo-
cabulum esse recentioris
ævi. V. HARTKNOCH.
in Vet. & Nov. Pruss.
MATTH. PRAET. *Orb.*
Goth. L. I. c. VI. §. 8. & 9.

6. *Linguae Britannicæ pro-*
prior,) quam in prima sede
juxta Rhenum, per com-
mercia cum Britannis ipso
didicisse, CLUVERIVS
l. c. existimat, sed nullo,
ut in *Not. præced.* diximus,
idoneo fundamento. Po-
tius crederem, *ÆSTYOS*
veteris populorum Occi-
dentalium linguæ, *Scytho-*
Celticæ, quam Britanni
quoque diutius retinuerunt,
tenaciores fuisse.

7. *Matrem Deum.*) *Her-*
thum videlicet seu *Terram*,
de cujus cultu apud ceteros
quoque Suevos vide AV-
CTOREM supra cap. XL.
& multis OLAVM RVD-
BECK. *Atl. P. II. cap. VI.*
de *Geolatria*, qui vero in-
geniose magis, quam foli-
de, ut Gentium fere
omnium, ita Sacrorum quo-
que Origines e Scandinavia
arcessere, indeque Geola-
triam simul ad Græcos,
Ægyptios, aliosque Popu-
los translatum fuisse con-
tendit.

figne ⁸ superstitionis formas aprorum gestant. Id pro armis omniumque tutela, securum Deæ cultorem etiam inter hostes præstat. Rarus ferri, frequens fustium usus. Frumenta ceterosque fructos patientius, quam pro solita Germanorum inertia, laborant. Sed & mare scrutantur, ac ⁹ soli omnium Succinum, quod ipsi Glesum vocant,

8. *Insigne superstitionis formas aprorum gestant.*) Aprum enim s. Verrem apud Septentrionales populos Soli, sivi quod fetis Solis radios referat, sive pinguedine sua Diis gratus putaretur, sive quod Sol apris, ut apud alias gentes equis, vehi crederetur, sacrum fuisse, OLAVS RVDBECK. lib. cit. c. V. de *Heliolatria* pag. 227. & seqq. refert; unde Cl. KEYSLERVS *Antiqu. Sept. & Celt.* p. 158. Tacitum Matrem Deum s. *Fream* cum Sole, seu *Frejo*, confudisse putat.

9. *Ac soli omnium Succinum, quod ipsi Glesum vocant.*) Succinum (Germanis *Glesum*, quia instar vitri, *Glaß*, pellucidum est: alias *Wernstein*, quod

accensum ardeat, & flammam, ut Auctor ait, pinguem & olentem alit, Græcis apud HERODOT. Lib. III. DIODOR. SIC. Lib. V. & PLINIVM lib. XXXVII. 2. Ἠλεκτρον, quod Sol vocitatus sit *Electror* vel potius, quod *Spumæ auri*, quæ hujus vocis propria est significatio, tam Succinum, quam Sol colore fulgo similia sint,) apud solos Germanos Septentrionales inveniri, HERODOTVS & PLINIUS confirmant. Quorum ille l. c. *fluvium quendam esse*, scribit, ERIDANVM a Barbaris vocitatum, qui exit in mare Septentrionale, unde ELECTRVM venire narratur. Hic vero lib. cit. post enarratas de origine Succini fabulas cap. 3. *Certum est*, ait,

cant, inter vada atque in ipso littore ¹⁰ legunt.

ait, gigni in Insulis Septentrionalis Oceani & a Germanis appellari Glessum, itaque & a nostris unam Insularum ob id GLESSARIAM appellatam, Germanico Cæsare ibi Classibus rem gerente, Austrariam a Barbaris dictam. Ubi vero vel fluvius Eridanus vel Glessaria Insula sita fuerint, haud convenit inter Scriptores Veteres, quorum alii in Hispania, alii in Gallia, alii in Italia eum fluvium quæverunt. Hos etsi PLINIVS l. c. merito rideat, verum tamen istius fluminis locum ipse haud indicat, nec ubi insulæ Glessariæ seu Electrides, ut lib. IV. 16. eas vocat, sitæ fuerint, scivisse videtur; Quippe cum l. c. ab adverso (Britannicarum) in Germanicum mare eas sparsas fuisse, scribat. Quia vero Tacitus Succinum apud solos Æstios in Prussia lectum fuisse dicit, tam Eridanus, quam Insulæ Electrides apud illos quoque erunt quærenda, atque Cluverio propterea ad stipulamur, qui Lib. III. 34. per Eridanum, Radanum fluvium juxta Emporium Gedanense Vistulæ se miscentem, per insulas vero Glessarias, seu Electrides Insulam a Vistula juxta littora Æstiorum Pillaviam usque excurrentem, vulgo die Nährung seu der Große Werder, aliamque in ipsa Vistula intelligit; quam sententiam Pytheas confirmat, qui apud PLINIVM lib. cit. cap. 2. Guttonibus, ait, Germaniæ Genti (vicinæ Æstis v. supra cap. XLIII.) accoli æstuarium Oceani, Mentonomon nomine, spacio stadiorum sex millium; ab hoc dici navigatione insulam abesse Abalum: illuc vero fluitibus advehi (Succinum) & esse concreti maris purgamentum; quo loco per æstuarium lacus, vel sinus, vulgo das Frische Haß, per Abalum vero unam Insularum Electridum intelligi, tanto certius est, quod in illo præcipue tractu hodie adhuc Succinum colligatur.

10. In ipso littore legunt.) Tanta copia, ut Pythea apud

gunt. Nec quæ natura, quæve ratio gignat, ut barbaris, ¹¹ quæsitum compertumve. Diu quin etiam inter cetera ejectamenta maris jacebat, ¹² donec luxuria nostra dedit nomen. Iphis ¹³ in nullo usu, rude legitur;

apud PLIN. *lib. cit. c. 2.* teste, *Incolæ pro ligno ad ignem eo usi fuerint, proximisque Teutonis id vendiderint;* atque ex narratione Equitis Romani apud Eundem cap. 3. *retia arcendis feris, podium protegentia, Succinis nodarentur, arma vero & libitina totusque unius diei apparatus esset e Succino;* Ipse quoque Eques, ad illud comparandum a Juliano, curante gladiatorum munus Neronis Principis, missus, *maximum pondus Glebæ XIII. librarum Romam attulerit.*

II. *Quæsitum compertumve.*) Quod Legati quoque Æsthyorum ad Theodoricum, Ost-Gothorum Regem in Italia, agnoverunt, ut ex literis Theodorici apud CASSIOD. *lib. V. Variar. Epist. 2.* patet. Neque tamen Auctoris opinionem de Origine Succini veram esse, infra dicitur.

12. *Donec luxuria nostra.*) Allatum a Germanis in Pannoniam maxime Provinciam, inde Venetos primum rei famam fecisse, proximos Pannoniæ id accipientes circa mare Adriaticum; Romanis vero sub Nerone percognitum fuisse, PLINIUS. *l. c.* refert, ex quo tempore tanta fuit Succini apud Romanos luxuria, ut non solum *monilia* a feminis, *annuli, nummi, pocula,* aliaque vasa, & ornamenta, sed & *Columnæ* e Succino fuerint confectæ, de quibus CLAUD. de R. *proserp. lib. I. v. 154.*

*Atria cingit Ebur, trabibus solidatur ænis
Culmen, & in celsas surgunt Electra columnas.*
Vide quoque SALMASIUM ad Solinum p. 162.

13. *Iphis in nullo usu.*) Hodie Succinum non solum Ærario publico admodum esse proficuum, sed &

gitur; informe perfertur; pretiumque mirantes accipiunt. ¹⁴ Succum tamen arboris esse intelligas: quia terrena quædam, ¹⁵ atque etiam volucra animalia plerumque interlucent, quæ implicita humore, mox, durefcen-

multum in re Medica usum præstare, docent JOH. WIGANDVS, *Episc. Pomezaniensis*, in *Hist. Succini*, & PHILIPP. JAC. HARTMANNVS in *Succincta Succini Prussici Hist.* edita Berol. 1699.

14. *Succum tamen arboris esse intelligas.*) PLINIVM sequitur Auctor, qui, postquam lib. XXXVII. c. 2. multas fabulosas de origine & generatione Succini Veterum Sententias retulerat, cap. 3. *Nascitur*, ait; *defluente medulla pinei generis arboribus, ut gummi in cerasis, resina Pineis; erumpit humoris abundantia, densatur rigore vel tepore autumnali. Cum intumescens æstus rapuit ex Insulis, certe in littora expellitur, ita volubile, ut pendere videatur atque considerare in vado, quod arboris succum esse prisce nostri credidere, ob id Succinum appellant. Pineæ au-*

tem arboris esse, indicio est, pineus in attritu odor, & quod accensum tedæ modo ac nitore flagret. Eam autem, quamvis vulgarem sententiam, falsam esse, atque Succinum sub terra ex bituminosis & salinis effluviis in corticosa & lignosa matrice gigni, laudati Viri, Episcopus Pomezaniensis l. c. & inprimis HARTMANNVS lib. cit. Sect. II. c. 4. & 5. ostenderunt.

15. *Atque etiam volucra Animalia.*) Muscæ, aranæ, culices, formicæ, papilionæ, erucæ, scarabæi, aliæque animalia, quæ tempestatum atque hiemis injuria cavernas & latebras quarunt. PLINIVS cit. c. 3. lacertas quoque, & MARTIALIS lib. IV. Epigr. 59. Viperas; alii ranas, pisces aliæque animalia perfectiora in Succino se vidisse, referunt; sed fraudem subesse, atque arte

rescente materia, cluduntur. Fecundiora¹⁶ igitur nemora lucosque, sicut Orientis fecretis, ubi thura balsamaque sudantur; ita Occidentis Infulis terrisque inesse crediderim; quæ vicini Solis radiis expressa, atque liquentia in proximum mare labuntur, ac vi tempestatum in aduersa littora exundant. Si naturam Succini admoto igne tentes, in modum tedæ accenditur, alitque flammam pinguem & olentem: mox, ut in picem resinamve lentescit. Suionibus Sitonum¹⁷ Gentes continuantur. Cetera similes, uno differunt, quod femina dominatur: in tantum non modo a libertate, sed etiam a servitute degenerant.¹⁸ Hic Sueviæ finis.

CAPVT

arte Succini glebæ ista inferi, monet HARTMANNVS *lib. cit. sect. III. cap. 3. & 4.*

16. *Fecundiora igitur nemora.*) Nihil tamen vel parum Succini in littoribus Norwegiæ & Sueciæ inuenitur; certo indicio, non ex arboribus illud nasci.

17. *Sitonum gentes.*) OLAVVS RVDBECK. I. I. c. 24. in media Scandinavia eas col-

locat; verosimilius autem CLVVERIVS lib. III. c. 41. & THORN. TORFAEVS in *Hist. Norwegiæ* lib. I. c. 9. versus Occidentem ultra montem Sevonem hunc populum reponunt, cujus quæ fuerint civitates, nullibi memoratur.

18. *Hic Sueviæ finis.*) vid. quæ diximus supra Cap. XXXVIII.

CAPVT XLVI.

de

Peucinis, Venedis & Fennis.

Peu-
 Peucinorum Venedorumque & Fennorum
 nationes Germanis an Sarmatis adscribam,
 dubito: quamquam ¹ Peucini, quos quidam
 Bastarnas vocant, sermone, cultu, fede, ac
 domiciliis ² ut Germani agunt. Sordes
 omni-

*1. Peucini quos quidam Ba-
 starnas vocant.)* PLINIVS
 lib. IV. 14. *Peucini, ait, qui
 & Bastarnæ.* STRABO au-
 tem lib. VII. Peucinos in-
 ter Bastarnarum civitates
 refert, quippe quos in *Ad-
 monos, Sidones & Peucinos*
 divisos fuisse, atque hos po-
 stremos *Insulam Istri Peu-
 cem* obtinuisse, scribit; a
 qua insula Peucini nomen
 quoque accepisse, Jornan-
 di creduntur; quod vero
 alii a *Peuce*, monte, juxta
 quem Ptolemæus eos habi-
 tasse dicit, arcessere ma-
 lunt. In eo præcipui
 Scriptores convenire viden-
 tur, quod Peucini proximi
 fuerint Istro. Plinius
 enim lib. IV. c. 13. *Aversa,*
 ait, (a Vistulæ fonte) *Ba-
 starnæ tenent, alique inde*

Germani PTOLEMAEVS in
Sarmatiæ Descript. Incolunt.
 scribit, *Sarmatiam maximæ
 gentes, Venedæ apud omnem
 Venedicum Sinum, & super
 Daciam Peucini & Bastar-
 næ.* Vide, qui pluribus de his
 populis differunt, CLVVE-
 RIVM lib. III. 43. MATTH.
 PRAETORIVM *Orb. Goth.*
 lib. II. 6. §. 7. SPENE-
 RVM lib. VI. c. I.

2. Ut Germani agunt.)
 PTOLEMAEVS quidem &
 DIO lib. XXXVIII. quos
 MATTH. PRAET. l. c. se-
 quitur, Sarmatis eos accen-
 sent, ast, quibus potior
 fides habenda, PLINIVS
 non solum, loco *Not. Præc.*
 & lib. IV. 13. sed & STRA-
 BO lib. VII. inter Germa-
 nos eos referunt. De mo-
 ribus Bastarnarum, qui
 pariter

omnium ac torpor. Procerum connubiis mixtis, non nihil in Sarmatarum habitum foedantur. ³ Venedi multum ex moribus traxerunt. Nam quicquid inter Peucinos Fenosque silvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant. ⁴ Hi tamen inter Germanos potius referuntur, quia & domos figunt, & scuta gestant, & pedum usu ac pernicitate gaudent, quæ omnia diversa Sarmatis sunt, in plauastro equoque viventibus.

pariter Germanicam eorum originem indicant, PLVTARCHVS in *vita Æm. Pauli*: *veniebant*, ait, *ei roganti* (Perſi Macedonia Regi) *Baſtarnæ, decem millia equitum, par numerus peditum, qui prolapſorum equitum vacuos capiebant equos; omnes mercenarii homines, qui nec agriculturam, nec naviculariam noſſent, nec pecore paſcendo vitam tolerare: verum unum opus, unam meditarentur artem, perpetuo præliari & vincere acie hoſtem, proceris corporibus viri, mirabili exercitatione, grandiloqui & mirifice adverſus hoſtes minaces.* Qua vero ratione POLYB. *Excerpt. Legat.* 62. & LIVIUS paſſim eos Gallos vocent, ſ. *Galatas*, vide, quæ ſupra diximus, cap. XXVIII.

3. *Venedi.*) Alias Venedæ, Vinidi, Vinidæ, Veneti, Wendæ, quos P T O L E M A E V S lib. III. c. 5. *ad omnem Venedicum*, ſive Suevicum ſinum inter Gothones & Fenos habitare, dicitur, unde vero ab Æſtyis verſus interiora repulſi fuerunt, quippe qui iſta loca Auſtoris noſtri tempore tenuerunt, ut *cap. præc.* vidimus.

4. *Hi tamen inter Germanos potius referuntur.*) Erraſſe vero non ſolum Tacitum, ſed & alios, qui Vandalos cum Venedis confundunt, atque illos origine Germanos, hos autem Sarmatas fuiſſe, jam dudum docuerunt BANGERTVS in *Notis ad Helmoldi Chron.* c. 2. p. 9. & ſeq. SCHVRTZEL. *Diff. Hiſt.*

tibus. ⁵ Fennis mira feritas, foeda paupertas, non arma, non equi, non penates: victui herba, vestitui pelles, cubile humus. Sola in sagittis spes, quas inopia ferri ossibus asperant. Idemque venatus viros pariter ac feminas alit. Passim enim comitantur, partemque prædæ petunt. Nec aliud infantibus ferarum imbriumque suffugium, quam ut in aliquo ramorum nexu contegantur. Huc redeunt juvenes, hoc senum receptaculum. Id beatius arbitrantur quam ingemere agris, illaborare domibus, suas alienasque fortunas spe metuque versare. Securi adversus homines, securi adversus deos, rem difficillimam adsecuti sunt,

Hist. polit. XXX. de Rebus Slav. Longobardis vero, Gothonibus aliisque Vandalorum Populis, Seculo III. & IV. in Italiam, Galliam, & Hispaniam profectis, vacuas ipsorum sedes, omnemque Holsatiæ, Mecklemburgi, Pomeraniæ, & Bohemiæ tractum successu temporis Venedi occuparunt; Slavi appellati, voce Polonis & Lithuanis, adhuc usitata, Slavva vel Slovva, i. e. fama, eo quod, ut MATTH. PRAET. Orb. Goth.

lib. II. c. i. §. 2. censet, famæ studiosi, ac celebres per orbem fuerint; vel ut BOH. BALBINVS Rer. Bohem. Epit. l. I. c. 10. scribit, ob familiarum celebritatem, & multitudinem nobilitatis (nam plerique nobili genere orti erant) SLAWACOS vel SLOWACOS, id est nominatos, & gloriosos vocarunt. Itali corrupte, eorumque imitatione quidam imperiti SLAVOS dicere maluerunt.

5. Fennis.) Finnicæ, s. Finningiæ, quam Auctor &

PLI

funt, ut illis ne voto quidem opus fit. Cetera jam fabulosa: Hellufios & Oxionas ora hominum vultusque, ⁶ corpora atque artus ferarum gerere; quod ego, ut incompertum, in medium relinquam.

PLINIVS Insulam esse crediderunt, ut & vicinarum conditionum in Finmarchiam usque incolis, in plures nationes, ut Auctor paulo ante ait, divisit. Quæ vero illæ Finnorum civitates fuerint, veteres Scriptores nunquam dixerunt. *Scrietifinnorum, Scretofennorum, Scrietobonum, Schriet, Finnin,* (vel *Schrit-Finnen* a velocitate) ut & Regionis ipsorum *Scredevindon, s. Scredevendan* apud PROCOPIVM lib. II. *Rer. Goth. JORNANDEM de Reb. Get. P. DIACONVM, AD. BREMENSEM* & in Diplomatum mentio fit.

6. *Corpora atque artus ferarum genere.*) PLINIVS lib. IV. cap. 13. & POMPO- NIVS MELA lib. III. 6. Insulas memorant *Oeonas, in quibus equinis pedibus homines nascuntur, Hippopoda; & Panætorum, in quibus magnæ aures & ad ambiendum corpus patulæ nudis alioqui pro veste sint.* Quibus fabulis procul dubio occasionem dederunt *Rangiferi* aliarumque ferarum pelles quibus homines Septentrionales propter intensum frigus totos se involvere solent, ut vultus eorum vix conspiciatur.

F I N I S.

APPEN-

APPENDIX,

QVAE

CONRINGII, LACARRII,
ET LEIBNITII

in C. Taciti Germaniam Notas,

&

EX JACOBI GRONOVII Oratione de
*Tempore immigrationis Batavorum in Insulam
suam Excerpta complectitur.*

I.

HERM. CONRINGII
IN CORNELII TACITI GERMANIAM
NOTAE CRITICAE.

Cap. I. *Sex meatibus erumpat*) Pichena notat in Veneto codice legi, *erumpit*. Sed hoc leve est.
Montis Arnobæ) Ita restituit Rhenanus, cum esset editum *Arnobæ*.

Cap. II. *Adversus Oceanus*) Lipsius malit *obversus*; Cluverius ut & Curtius Pichena *aversus*. Sed vulgata lectio præplacet. Oceanus enim tum habitus fuit quasi adversus omnibus navigantibus, multo magis novas sedes quærentibus. Facit mecum C. Colerus.

Tuistonem) Alii *Tuitonem* legunt, contra fidem exemplarium. Forte scribendum *Tuisconem*; ut populari modo sit dictus *Quiske*: inde sane rectius formaveris generale illud nomen *Quisken*.

Ingevones) Sola diphthongus, quam & Plinius habet in hac ut & in voce *Istævonum*, satis indicat, perperam has voces nonnullos interpretari *Inwoner* & *Westwoner*, quasi

quasi a situ incolentium vocabula illa sint nata. Ne nunc urgeam, diserte a Tacito dici, a trium filiorum Manni nominibus illa Germanicarum gentium orta cognomenta; & alios dictos Herminones, quæ vox plane nihil habet commune cum situ; itaque ex sententia Taciti dixeris rectius: Tres fuisse Manno filios, vulgo nuncupatos Ingaff, Istaff (quod forte idem cum Sustaff, vel ut passim scribitur Gústaff) & Hermin.

Herminones) Plinius habet *Hermiones*: sed altera illa vox propior antiquissimo illi nomini Germanico Hermin.

Vandalios) Plinius habet *Vindili*. Sed vox altera seculis sequentibus magis inclaruit.

Nuper auditum) ita maluit Lipsius, cum vulgo legeretur *additum*: nec male.

Eaque vera) hæc & sequentia, usque ad illa: *fuisse apud eos*, rectius prioribus junxeris. Narrat enim Tacitus illa omnia ex aliorum *quorundam* sententia, non sua.

Nunc Germani) Bambergensis codex, teste Lipsio in Notis posterioribus, habet: *tunc Germani*. Idem in Bononiensi quadam editione sibi repertum testatur Pichena in Appendice. Qui scilicet nunc Tungri, illi ante Germani audierunt, sive ipsimet sibi hoc nomen indiderint, sive a Romanis aut Gallis ceperit hæc appellatio; quod posterius Strabo diserte testatur, & innuit Tacitus addens: *vocati sunt*: eoque forte est verisimilius. Sensus hic fuerit: Galli, aut potius in Gallia commorantes Romani, Tungros Rhenum transgressos appellavere Germanorum nomine. Tungri hi Gallorum victores ad omnes Transrhenanos nomen hoc suum transtulerunt, quo metum incuterent, venditantes scilicet omnes illos fraterno quasi vinculo sibi junctos esse. Placuit inde nomen illud recens tum inventum ipsis Transrhenanis. Nescio tamen an quo certo liceat testimonio ostendere, isthac appellatione Germanos ipsos suæ inter

ter linguæ homines unquam usos. Ita si acceperis, haud necessum fuerit contra fidem manuscriptorum cum Cluverio legere pro illo: *a victore ob metum, victores a victis, ob metum*, cum Lipsio pro *a seipsis, a reipsa*.

Cap. III. *Virorum fortium ituri in prælia*) Lipsius hæc distinguit: *pr. Virorum fortium. Ituri in prælia canunt*. Sed lectio vulgata videtur expeditior, eoque & Cluverio aliisque probata fuit.

Barditum) ita ex Farnesiano codice MS. in Notis prioribus emendavit Lipsius. Attamen in posterioribus iudicat placere sibi tunc potius *Barritum*, prout vulgo ante legebatur. Idque Cluverius ac alii retinere.

Tam vocis ille quam virtutis) in Bambergensi codice lectum fuit: *tam vocis quam mentis*. Spernit hoc Lipsius. Colerus probat, sed fortassis immerito.

Ασκηπύργιον) Lipsius in notis prioribus glossema censuit repertum; tamen etiam in Farnesiano codice MS. Quin igitur maneat suo loco, præsertim quum ipso Lipsio prodente in Notis posterioribus, constanter in MSS. vox aliqua Græca hic reperiat.

Cap. IV. *Propriam & sinceram*) Lipsius ex Bambergensi codice adducit, non probans tamen: *perpetuam & sinceram*. Id arridet multum Colero: nec forte sine causa.

Nulli aliis) Vox *aliis* redundat, & videtur delenda, quod fecit Cluverius.

Minimeque sitim) Hæc recte a prioribus colo separavit Cluverius.

Ventosior) Lipsius audet legere *verticosior*: quod etiam Cluverius probavit, idque fortassis merito. Colerus tamen *ventosior* retinet ac defendit.

Plerumque inprocera) Lipsius mavult *pleraque* & hoc exprimit Cluverius. Forte excidit vocula *hæc*: ut lectum fuerit: *sed plerumque hæc inprocera*. Nihil tamen muto.

Cap. V. *Serratos bigatosque*) Quales hi nummi,
haut

haut temere dixeris. A figura impressa nonnullos ita dictos, non est verisimile; Nec enim ex immensa numerorum veterum copia vel unum aliquem facile produxeris *serra insignitum*: quod & Lipsius annotavit. Et cur Germani præ aliis probaverint illos quibus *biga incusa*, cum & rariores sint & aliis nihilo præstent? Omnino suspicor vocem illam *bigatos* mendosam esse; & *serratos* dici illos (quod & Lipsio non displicet) quorum ambitus dentatus atque asper in modum *serræ*; quod cum sit indicium probæ notæ, cautum eo fuit Germanorum simplicitati. Tales sibi visos testatur Lipsius, & est mihi plane similis vetus triumphalis nummus nescio cuius Q. Antonii, erutus nuper aratro ex agro Ritbergensi in Westphalis, ubi cum Romanis ob viciniam frequens fuit commercium.

Cap. VII. *Exfugere plagas*) Farnesianus & Romanus codex, teste Lipsio, habent *exigere plagas*. Ita etiam editum fuit ante Rhenanum. Non male: sed nec *exfugere* quod Rhenanus reposuit displicet; imo videtur rectius convenire cum eo quod non *pavere* eos dicit Tacitus, & *numerare vulnera*. Facit mecum Colerus.

Cap. VIII. *Velledam*) alii legunt *Veledam*, idque rectius, ut indicat illud Statii, *captiveque preces Veledæ*.

Auriniam) Farnesianus ms. habuit *Fluriniam*: Lipsius putat legendum *Aluerinium*. Ast *Aluerunum* vox est vetusta Germanica, & ut jam olim Gothis, teste Jornande, usitata, ita nec hodie emortua. Iam olim vero fuit & hodie est vox appellativa, magnam mulierem quæmvis significans, non propria. Itaque non est quod *Aurinix* vox hic sollicitetur.

Cap. XI. *Apud principes pertractentur*) Grotius argute: *prætractentur*. Ut penes principes minorum rerum arbitrium, majorum *προβλεία* fuerit. Quem morem multis post seculis Francos observasse, alibi notamus: eoque Grotiana illa emendatio plane arridet.

Nec iussi) Rhenanus monet in veteri codice legi: *nec iniussi*: ex quo, Lipsio iudice, bene etiam scripseris *nec ut iussi*.

Cap. XII. *Corpore infames*) Lipsius in Notis posterioribus censet scribendum *torpore infames*, ut purget majorum innoxiam famam. At Cluverius quoque & Pichena probant illud vulgatum, nec videtur mutandum, cum torpor non soleat infamiam parere.

Cap. XIII. *Cæteris robustioribus*) assentior Lipsio & Freinshemio legentibus: *Cæteri* (nempe quibus non tanta nobilitas aut merita patrum) *robustioribus aggregantur*.

Cap. XIV. *Præcipuum sacramentum*) liber scriptus monente Lipsio: *Principum sacramentum*.

Et facilius inter ancip.) Placuit Pichenæ & Colero id quod Venetus codex habuit, *Et ut facilius inter*.

Belloque tueare) vulgo *tueantur*, Cluverius legit *tuentur*, parvo aut nullo discrimine.

Cap. XV. *Non multum venatibus*) omnino cum Lipsio ejiciendam censeo illam negationem *non*. Delevit eandem & Cluverius. Et vero repugnat moribus Germanorum veterum: tum illi quod sequitur apud Tacitum, *plus per otium transigunt*. Multum scilicet, & plus recte sibi opponuntur, non ita vero *non multum & plus*. Pichena malit: *tum vitam venatibus*. Colerus: *tum vita multum*. At Lipsiana correctio simplicior.

Ipsi hebet) Ita primus Lipsius recte expressit Farnesianam scripturam, cum vulgo legeretur: *ipsi habent miram diversitatem naturæ*.

Ultero Et viritim conferre) locum mutilum esse apparet. Rhenanus suspicatur legendum: *Ultero equitium conferre*. Sed ne sic quidem pendentia verba firmaveris, ut recte dicit Lipsius. Ipse notam X. credit excidisse, quæ Decimam significat; quasi jam tum mos fuerit Principibus decimas frugum & jumentorum conferre: idque illud esse quod hodieque obtinet. At vero decimas

cunas Principibus solutas, antequam illæ ex bonis sacris devenerint in peculium Principum, non facile probaveris. Cluverius addit voculam *aliquid*; & vero hæc sufficit.

Cap. XVI. *Colorum imitetur*) ita ex Farnesiano restituit Lipsius. Vulgati perperam: *calorum invitet*.

Cap. XVII. *Spina confertum*) Lipsius videtur male *pinna*; sed nihil definieris temere.

Spargere maculis) illis *maculis* maculam inesse suspicatur Lipsius, nihil tamen mutat.

Cap. XVIII. *Non uxor marito*) Monet Lipsius deesse in Bambergensi codice illud *marito*: & abesse posse sine fraude.

Sed boves) Pichena suspicatur excidisse voculam *binos*. Sed mera est suspicio.

Sic vivend. sic pereundum) Rhenanus memorat se alibi legisse: *sic viventes sic parientes*. Vulgatum autem illud indubie rectius.

Quæ liberis inviolata ac digna reddat) Vox *digna* non immerito Lipsio visa minus sincera. Et vero dixeris expungendam: vel aliam quandam voculam desiderari, quæ illa respicit. Heinius legit hunc in modum: *accipere se quæ liberis inviolata reddat, digna quæ nurus accipiant, rursusque ad nepotes referant*. Non male.

Arma denuntiant) Rhenanus monet inventum sibi in codice *renuntiant*; nullo discrimine.

Cap. XIX. *Quorum poena præsens*) Bambergensis codex teste Lipsio habuit: *quorum poena parentibus & maritis permissa*. Nec male fortassis: certe rectæ rationi magis consentaneus fuerit mos ille. Sequentia tamen indicant, solis etiam maritis jus fuisse animadvertere in adulteram.

Publicatæ enim) Lipsius mavult *etiam*: non enim hoc ad adulteria trahendum: sed ad quamvis conjugum corporum publicationem.

Cap. XXII. *Sed & de reconciliandis*) ita recte scripsit Rhenanus pro: *de reconciliatis*.

Aperit ad hæc) in vulgatis nonnullis est *adhuc*, idque recte probat Gruterus, voce accepta pro *amplius*, *præterea*, *insuper*. Tantundem valet *ad hæc*.

Et salva utriusque temporis) Lipsius recte scribit, quod & Cluverio est probatum: *& sua utriusque temporis ratio*, ut sensus sit: non deesse rationem, quare Germani inter pocula consultant, sobrii constituent, deliberare nempe dum fingere nesciunt, constituere dum errare non possint, Salvus tamen etiam sensus est in *salva*; quod & Pichenæ visum.

Haud minus facile vitiis) Bambergensis codex teste Lipsio habuit: *haud minus facile vino quam armis*: id quod proposito videtur convenientius.

Ideoque magis servatur) Lipsius malit *spernitur*. Et vero sensus hic subest: sed hanc haud incommode dat etiam illud: *servatur*. Itaque non est quod mutes: quod & Colero est visum.

Ab universis per vices) Bambergensis legit: *ab universis vicis occupantur*. Forte scribendum, *ab universis per vicos occupantur*. Quæ ratio agri colendi planior est, & propius accedit ad ea, quæ Cæsar de eadem narrat l. 6. Imo convenit cum illa, quam subjungit Tacitus, partitione inter singulos. Prima scilicet agri in quolibet populo divisio fuit secundum vicos, altera inter singulos secundum dignationem. Consentiant conjecturæ meæ Pichena & Cluverius.

Prata sepiant) Notat Pichena in omnibus melioribus libris legi, *& prata separent*: a Rhenano nescio, quem codicem secuto, esse illud, *prata sepiant*. Ipse prius approbat, nec ego abnuo.

Cap. XXVIII. *Potentia divisas*) Bambergensis ms. *diversas*. Sensu eodem: sed *divisas* planius.

Bojemi nomen) Lipsius cum legisset in Bambergensi: *manet adhuc Bojis e munere nomen*, scribit: *manet adhuc Boyo-*

Boyoasmi (vel *Boyoami*) e re nomen, sive *Bojamium* e re nomen. Forte: *Bojemi* e re nomen. Est tamen vulgata quoque lectio sic satis tolerabilis.

Origine erubescunt) Lipsius cumque secutus Chr. Colerus: *origine non erubescunt*. Ubios enim maluisse Germanos cenferi. Et vero ita est: nec tamen est, cur mutet quidquam. Loquitur enim Tacitus de origine Ubiorum non illa Germanica, quod Lipsius existimavit, sed qua colonia cœpit esse Romana. Ejus quamvis honoratæ, tamen Ubios puduit. Ita si capias, non opus fuerit vel Gruteri medela: *Ne Ubii quidem &c.*

Cap. XXIX. *Tributis contemuntur*) Lipsius in Notis posterioribus judicat, posse ferri hanc lectionem: *nam, ait, quibus tributa imponuntur, hoc ipso, ut victi pro contemptis habentur ac despectis*. Idem sentit Christ. Colerus. Videtur tamen Lipsius malle *continentur* vel *contunduntur*. Jamdudum ante illum Rhenanus suspicabatur legendum, *condemnantur*, vel *comminuuntur*. Stephanus Pighius in Hercule Prodicio maluerat *contenuantur*. Fulvius Ursinus legerat, *conteruntur*. Verum hoc posterius quidem admitti non potest, quum paulo post sequatur: *Nec publicanus atterit*. Ego vel non sollicitaverim vulgatam lectionem, vel aliquam illarum vocularum admiserim a Rhenano, Pighio, Lipsio adductarum.

Cap. XXIX. *Non numeraverim*) ita recte reposuit auctoritate vetustioris cujusdam editionis Rhenanius, cum perperam legeretur: *Non numeravimus*.

Limite actio) Alii legunt, *limite aucto*. Et vero Trajani, adeoque Taciti ætate, promotæ erant præsidia & aucti Romani Imperii limites.

Cap. XXX. *Nisi ratione disciplinæ concessum*) Bambergensis codex habuit: *nec nisi Romanæ Disciplinæ*. Lipsius optime judicat, neutram lectionem jure spernendam; Probaverim tamen potius Bambergensem.

Ferramentis coonerant) ita libri omnes veteres, non *onerant*, ut notavit Pichena.

Cap. XXXI. *Rara & privata*) Plane pervertit sensum Colerus sua illa emendatione: *Et aliis Germanorum populis usurpatu rara est privata cujusque audentia, apud Catos in consensum vertit.*

Jamque canent insignes) Lipsius in Notis prioribus suspicatus est depravationem: in posterioribus nihil movet. Nec video quidquam, quare sequius suspicari hic debeamus.

Visu nova) Berneggerus voluit: *visu torva*. Freinsheimius *visu nota*. Videtur nihil mutandum. Sententia est, habitum ejusmodi *visu novum*, h. e. mirum esse; praesertim quum ne in pace quidem mitiore vultu emollescat.

Vultu mitiore) Pichena vult *cultu mitiore*; at sine causa.

Cap. XXXIII. *Urgentibus Imperii fatis*) Lipsius in scripto libro legit, *vergentibus fatis*. Non male.

Cap. XXXIV. *Referre consensimus*) Idem Lipsius in eodem libro legit, *referre consuevinius*. Utrumque tolerabile: prius tamen magis redolet dictionem Taciti.

Audentia Druso Germanico) Vir doctissimus mavult: *Druso & Germanico*. Non improbaverim: tantum dubito, num Germanicus columnarum Herculis quaerendarum causa quidquam fuerit conatus: de alia vero expeditione Tacito hic quidem non est sermo.

Cap. XXXVI. *Tacti ruina*) Pichena vult: *tracti ruina*. At Gruterus recte defendit *tacti*, loqui enim Tacitum tanquam de fulgure.

Cap. XXXVII. *Magni exercitus*) Hanc lectionem debemus conjecturae Lipsii, cum in libris esset *magni exitus*. Non tamen contempseris illa vulgata.

Saepius admonere) Rhenano suspectum visum est vocabulum

cabulum *admonuere*; malit *admovere*. At Pichena stabilit vulgatum, quam & nos sequimur.

Marco quoque Manlio) Liviana Epitome l. 6. habet prænomen *Caji*. Forte tamen nihil est mutandum; ejusmodi enim ἀμαρτήματα μνημονικά optimus etiam autoribus interdum obrepunt.

Cap. XXXVIII. *Retro sequuntur* (Hanc lectionem nec Lipsius nec Cluverius nec quidam alii sollicitant. Verum Theodorus Marcilius ita emendat: apud *Suevos usque ad canitiem horrentem capillum, retrorsum ac saepe in solo vertice ligant*. Amplectitur hanc emendationem Colerus. Scaliger legendum censuit: *capillum retro sequus, ac saepe in ipso solo vertice religant*. Probat hanc correctionem Freinshemius. Placet illa & mihi præ Marciliana, quod propius accedat ad vulgatam lectionem, & morem Suevicum pulchre exprimat. Alii scilicet Suevorum unico nodo in solo vertice, alii pluribus retro secus flexum crinem substrinxerunt, qui sunt illi *cirri* & illa *cornua* Germanorum, præcis scriptoribus memorata.

Principes & ornatiorem habent) ita constanter codices. Cluverius paulo aliter, quam fit vulgo, locum hunc omnem distinguit: *Apud Suevos usque ad canitiem horrentem capillum retro sequuntur ac saepe in ipso solo vertice religant principes, & ornatiorem habent*. Sed ita manet illud insolens & intellectu difficile, *retro sequuntur*: nec satis apte illa reliqua cohærent. Freinshemius mavult: *retro sequus & saepe in ipso solo vertice religant. Principes & ornatiorem habent*; servum scilicet ornandi capilli peritum, quales erant Romanis. Sane ornatum aliquem Principibus accessisse certum est; num vero in id singulares illi habuerint ornatores, dubitare me facit præca simplicitas. Videtur sic satis commoda vulgata lectio.

Ut hostium oculis ornentur) Bambergensis liber habuit, *armentur*. Sed vulgatam lectionem probavit, idque recte, J. Lipsius.

Cap. XXXIX. *Auguriis patrum*) En versiculum: *Auguriis patrum & prisca formidine sacram.* Primus illum observavit Gerardus Falckenburgius. Num sit alicujus veteris poetæ, an vero sponte nec opinanti Tacito exciderit, incertum.

Cent. pag. habitantur) Ita & in Veneto codice legi, notavit Pichena. Alii scribunt minus recte, *habitatur*.

Cap. XL. *Longobardos paucitas nobilitat*) Itabeneicio Farnesiani codicis primus recte edidit Lipsius, cum ante legeretur, *Longobardis paucitas nobilitasque*.

Reudigni deinde & Aviones) Cluverius emendat, sed non nisi ex conjectura: *Deuringi & Caviones*.

Suardones & Nuithones) Num rectius, *Suardones & Vithones?* Populari lingua *Swarten & Witten*; Albi & Nigri. Utriusque sane populi vestigia hodieque dixeris superesse iis locis, quæ ab utroque illo colore per omnem Germaniam nomen acceperunt.

Herthum id est terram matrem) Notante Lipsio, libri alii *Nerthum*, alii *Verthum* habent. Ipse veram vocem, nec injuria, censet *Aerthum*. Glossaria tamen antiqua terram interpretantur *Hertham*.

In insula Oceani castum nemus) Minus sane nemori aptum est *ἐπίθερον castum*, eoque Cluverius legit, *sacrum*. Perplacet Freinshemiana emendatio, *Vastum*; quoniam quam minimum recedit a vulgato, & tritissimum est, vasta nemora quondam religiosa habita esse.

Cap. XLI. *Quatenus Danubio pergitur*) Scriptus liber, monente Lipsio, habuit *peragitur*: Sed male. Ipse Lipsius in Notis prioribus maluit, *porgitur* sive *porrigitur*. Post scripsit: *Danubio pratexitur*. Quod secutus etiam est Cluverius.

Cap. XLIII. *Sed Deos interpretatione*) Alii legunt: *Sed deos interpretatione Romani Castorem Pollicemque nominant*. Quæ tamen nos expressimus videntur meliora.

Paulo jam adductius) Bambergensis & Romanus habuit: *adductius*. Proba utraque voce, eeu etiam Lipsius censuit.

Cap. XLIV. *Nec velis ministrantur*) Lipsio melius visum:

visum: *velis ministrant*. Sane ita & Virgilius: *velisque ministrant*; & rectius convenit cum sequentibus: *nec remos adiungunt*.

Cap. XLV. *In ortus edurat*) Pichena legendum putat: *in ortum*.

Sonum insuper emergentis) Lipsius malit, approbante Cluverio, *se mergentis*: Colerus, *immergentis*. Et vero illa cassæ fuit plebis persuasio, mergi solem cadentem, & hinc stridorem nasci, perinde ut fit, si quando candens ferrum aqua extinguitur. Sonus itaque fuerit non emergentis, sed se mergentis solis. Gruterus delet *emergentis* vocem, quoniam in antiquitus editis non visitur. Quod de Bononiense ac Veneto testatur etiam Pichena in *Append.*

Formasque Deorum) Colerus, nec male, suspicatur legendum: *formasque equorum*; qui nempe crediti trahere Solis currum.

Illuc usque (*Et fama vera*) Pichena, ut & Colerus, hunc locum, si quem in hoc libro alium, corruptum existimant. Eoque ille divinatur scribendum: *Illuc usque est fama, verum tantum tradita exponam*. *Dextro Suevici maris* &c. Colerus legendum conjicit: *Illuc usque Et fama, Verum tantum natura arguit*. *Iam dextro Suevici maris* &c. Utraque lectio autem & duri est sensus & multum valde a recepta abit. Num satis est, si ita leviter immutes? *Illuc usque fama vera, Et tantum natura*; Vel: *Illuc usque, ut fama vera, tantum natura*.

Omniumque tutela) Lipsius mavult: *omnique tutela*. Sed parum refert.

Cap. XLVI. *Procerum connubiis mixtis*) Rhennus atque etiam Althamerus legendum putant: *Ceterum connubiis mixtis*. Idem expressit Cluverius. Reliqui omnes vulgatam tenent lectionem, nisi quod Colerus velit: *Procerum connubiis mixti*. Quod tamen quare sequaris, nihil causæ video.

Ut illis ne voto quidem) Ita primus legit Rhennus. Malit tamen: *Ut illis ne voto quidem opus. Sed cetera*.

AEGIDII LACARRII NOTAE.

Cap. I. *LIBER*) Tacitus hunc scripsit librum Trajani Consulatu altero, ut ipse infra testatur agens de Cimbris. Historiarum vero Libros composuit, Trajano jam aliquot annos imperante; postremo Annales. Tacit. Histor. lib. I. Annal. 2.

GERMANIA OMNIS) Rhenus ab *occasu* Limes est Germaniæ, cujus Septentrionale Latus clausisse Oceanum non Balthicum aut Suevicum, sed Septentrionalem, qui supra Norwegiam, Scritofinniam, Lappiam, ac Finniam est, ostendit Cluver. German. antiq. Lib. I. p. 79 ex Tacito, Plin. L. 2. c. 108. & Mela l. 3. c. 3. *MERIDIE* non desunt, qui ad Alpes usque proferant Germaniam, inter quos M. Agrippa, Mela. Ab *ORIENTE*, Mela, Plinius & Ptolemæus inter Germaniam & Sarmatiam terminum Vistulam fluvium præfigunt; Secus Tacitus, qui Germaniam ultra Vistulam per Prussiam, Poloniam & Livoniam porrigit, ut doccbimus infra: quare Vistulæ nulla facta mentione, *mutuo metu*, a Sarmatis seu Scythis Germanos disjungit, a Dacis vero sive Getis, qui partem Hungariæ Transilvaniam, Valachiam, Moldaviamque ad Danubiam occuparunt, montibus determinat.

NUPER COGNITIS) Maxime sub Tiberio & Domitiano Imper. Plin. lib. II. c. 108. *Et a Germanis immensas Insulas non pridem compertas cognitum habeo.* Verum jam inde longe antea Pytheas Massiliensis, Timæus, Xenophon, Lampfacenus, homines Græci scripserant de Suedia, Norwegia, Finnomarchia, Lappia & Finnia haud sane perperam.

VERTICE) Video ex Tacito unum omnino Rheni fontem & caput agnovisse Antiquos, hodie biceps Rhenus ostenditur, de uno cap, audi Melam, a capite duos

duos Lacus efficit, *Venetum* & *Acronium*. Venetus hodie Constantiensis, qui Plinio L. 9. c. 17. *Brigantinus*, a Brigantio oppido, quod nunc *Bregens*; *Acronius* eodem alveo infra Venetum est.

ABNOBAE) Emendatius est, quam *Arnobæ* vel *Arbonæ*. Abonaba ut ex Plinio & Martiano colligo montium jugum est, quod ab Rheni Arolæque Confluentibus ad Danubii fontem Nicrumque sternitur. A Constantiensi lacu fontes Danubii 26. circiter millia passuum distant. Strabo Lib. 7. Ἡμερήσιον δ' ἀπὸ τῆς λίμνης προελθὼν ὁδὸν Τιβέριος, εἶδε τοὺς τῶ Ἰστρού πηγὰς. *Unius diei iter ab Lacu Constantinensi progressus Tiberius, vidit Danubii fontes.*

Cap. II. *CARMINIBUS*) Cæsar Comment. 5. de Druidis. *Magnum numerum versuum ediscere dicuntur: itaque nonnulli annos videnos in disciplina permanent, neque fas esse existimant, ea literis mandarè.*

TUITONEM) *DEUM* cum Cluver. interpretor a *THEVTH*, quod quadam vicinia cum nomine *ΘΕΟΣ* Deum significat.

MANNUM) *Adamum*, vel primum hominem intellige. Germani hominem *MAN* vocant, item Ægyptii & Lydii Adamum vocarunt *Man* & *Men*.

TRES FILIOS) *Istavonem*, *Ingævonem* & *Hermionem*, oriundos ab Noachi abnepote *Aschenaze*, qui ex hac re maxime *Adamus* creditus est, quod primus Germanorum fuerit parens. Cluver.

INGÆVONES) Plin. l. 4. c. 14. Germanorum genera quinque: *Vindeli*, quorum pars *Burgundiones*, alterum genus, *INGÆVONES*, quorum pars *Cimbri*, *Teutoni* proximi autem *Rheno*. *Istavones*, quorum pars *Sicambri*, *Mediterranei*, *Hermionos*.... quinta pars *Peucini*, qui & *Bastarnæ*.

MARSOS) *Vestphalios* inter *Munster* & *Paderborn*.

GAMBRIVIOS) *Cientes Cattorum*, de *Pancienne Hesse*.

SUEVOS VANDALIOS) *s. Vandalos.* Uti Svevici, ita Vandalici generis plures in Germania fuere nationes. Ad Vandalos in universum pertinuit, quicquid interjacet inter *Dantzick, Lubeck, Brandenburg,* & Lacum Gopsfo in Polonia. Lacum Gopsfo circumcinxere olim Burgundiones illi vagi, qui tandem in Gallia confedere.

RECENS) Si respicias ad Marforum & Gambriyiorum antiqua nomina; alioqui non ita recens, quandoquidem ante Tacitum temporibus Cæsaris antiquum fuit. *Comment. 2. Plerosque Belgas esse a Germanis Rhenumque antiquitus transductos.*

PRIMI) Condruſi, Eburones, Cæræſi, Pæmani, Cæſar. *Comm. 2. quibus adjungit Segnos Comm. 6.*

NUNC TUNGRI) Tungri poſthumum nomen eſſe colligimus ex eo, quod apud Cæſarem nunquam legatur niſi fallor.

GERMANI) a *Gerre* vocabulo Germanico; Gallico *Guerre.*

VICTIS) qui quoties de Germanorum adventu audivant, clamabant, adventare Gerram aut Germanos.

A SEIPSIS) ut terrorem incuterent hoſtibus.

Cap. III. **HERCULEM)** non illum Alcumena genitum, ſed Gigantum domitorem ſine principio, eundemque cum Sole. *Macrob. Saturn. lib. I. c. 20. Et revera Herculem Solem eſſe vel ex nomine claret, Ἡρακλῆς enim quid aliud eſt niſi Ἡρᾶς id eſt aeris κλέος. quæ porro alia aeris gloria niſi Solis illuminatio ... ipſe creditur & Gigantes interemiſſe.*

BARRITUM) a Germanica voce Baren, id eſt clamando. *Lipſ. ſi legis barditum, habebis Carmen a Bardis Germanorum Poetis compoſitum.*

ULIXEM) Quæ de Ulyſſe λόγος.

ASCIBURGIUM) *Asburg.* Ignobilis hodie Vicus in Gueldria, ad ripam Rheni, in cujus agro non admodum nuper reperta ſunt Romanorum oſſa deſoſſa.

NORI

NORICUM) Inter Pannoniam, Carnos, Rhætiam & Vindelicam.

PANNONIAM) l' *Austriche*.

Cap. V. *SCRUTATUS*) Exciderat Memoria cum hæc scripsit Tacitus; eruditior postea factus, cum Annales scribit, ita loquitur de Curtio Rufo: *In agro Mattiaco* (in Germania si Cluverio fides, non Maziaco in Africa, ut vult Lipsius) *recluserat specus quærendis venis argenti, unde tenuis fructus nec in longum fuit.*

SERRATOS BIGATOSQUE) Lipsius, *Serrati*, inquit nummi, quibus serræ forma impressa & incusa, ut *bigati*, quibus bigarum, & de his quidem clarum est, oculi me docent quotidie. At de serratis quis obsecro in tanta ista copia nummorum veterum unum aliquem protulit aut proferet cum serræ: non vidi, non legi: Mavult igitur Serratos dici asperos & dentatos, vel legi Servianos a Servio Romanorum Rege, qui primus Romæ æs signavit. Serviani olim in pretio. Sveton. in August.

Cap. VI. *FRAMEAS*) Hastas longas. Tacit. Annal. Lib. 2. *Non minor Germanis animus, sed genere pugne & armorum superabantur, cum ingens multitudo, arctis locis, prælongas hastas non prætenderent, non colligerent, ut eminus & cominus ferirent.*

SAGULO) Sagum aut Sagulum Germanorum fuit instar pallii quadrati aut tapetis, e collo pendentis ad tergum. Afranius in Comædia: *Sagos quadratos* masculino genere. Tacitus infra: *Tegumentum omnibus sagum, fibula, aut si desit, spina confertum l. religatum, cetera intecti.*

PAUCIS LORICÆ) Nobilibus & Ordinum duكتورibus, qui a reliqua plebe veste distinguebantur stricta & singulos artus exprimente, super qua Loricæ. Tacit.

EQUESTREM PUGNAM) Cæsar de Ariovisto. *Equestri prælio quotidie contendit. Genus hoc erat pugna,*

pugna, quo se Germani exercuerant, Equitum millia erant sex, totidem numero pedites velocissimi ac fortissimi, quos ex omni copia singuli singulos suæ salutis causâ delegerant, cum his in præliis versabantur, ad hos se equites recipiebant, si qui graviore vulnere accepto equo deciderant, circumfistebant, si quo longius prodeundum aut celerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas, ut iubis equorum sublevati equos adæquarent.

ID IPSUM) Centeni aut Centenarii.

HONOR EST) ex Centenariis fuisse.

CUNEOS) Cuneus Delta Δ refert. Agath. l. 2.
δελτωτῶ γὰρ ἰοίκει.

Cap. VII. *SACERDOTIBUS)* Tria omnino apud Germanos Sapientum genera, quorum autoritas regia propemodum major; *Bardi, Vates, Druidæ.* Bardi hymnos canebant, Vates Sacra curabant, Druidæ tractabant Theologiam. *Bardi, Melæ & Diodoro Pœtæ* erant & Oratores. Vates Strab. Physiologi; Diod. aruspices. Plinio Medici, Druidæ Legum periti, & Theologi Diodoro.

EFFIGIISQUE) Tacit. Lib. 4. Histor. de Batavis, *Inde depromptæ silvis lucisque ferarum imagines, luporum, aprorum, urforum, taurorum, equorum, avium.*

SIGNA) des étendars ou enseignes. Marcellin. l. 30. de Germanis. *Vexillis de more sublatis.*

LAUDATORES) Hortamenta Victoriæ & pulsus pudorem. Tacit. Histor. l. 4.

Cap. VIII. *OBIECTU PECTORUM)* Plutarchus in Mario de Cimbrorum exercitu ait: *Feminas plaustris consistentes pullatas, trucidasse fugientes, alias viros, alias fratres, alias parentes* αἱ μὲν ἀνδρας, αἱ δὲ ἀδελφῆς, αἱ δὲ πατέρας.

VELLEDAM) Tacit. Hist. l. 4. *ea Virgo Velleda, nationis Bruçteræ late imperitabat, vetere apud Germanos more, quo plerasque feminarum fatidicas, & augescente superstitione arbitrantur deas --- Coram adire alloquique Velledam negatum; arcebatur adspiciu, quo venerationis plus*

plus inesset: ipsa in edita turre, dilectus e propinquis consultata, responsoque, ut internuntius Numinis portabat.

Cap. IX. *HUMANIS HOSTIIS*) de Galis Lucanus l. 1. *Et quibus immitis placatur sanguine diro Teutates.* Hunc Teutatem Mercurium fuisse, ex Paulo Diacono affirmat Cluverius.

ANIMALIBUS) Imo vero etiam hominibus, Procop. Goth. l. 2. de Suevonibus τῶν ἰερείων σφίσι τὸ κάλλιστον ἄνθρωπος ἐστίν. Hostiarum illis pulcherrima est homo, quem omnium primum bello ceperint Marti immolant.

ISIDĪ) Sub nomine Isidis Lunam coluisse antiquos ex prisca Autoribus Diodoro, Manethone & Hecathæo in Proœmio Diog. Laertii demonstrat Cluver. Cæsar Comment. 6. de Germanis. *Deorum numero eos solum ducunt, quos cernunt, & quorum ope aperte juvantur, Solem & Vulcanum ignem & Lunam;* his adde ex Tacito Terram matrem, quam etiam Germani sub nomine Matris Deorum colebant.

LIBURNÆ) Navigii Fulgent. in Mythol. *Navigium Isidis Ægyptus colit.*

Cap. X. *SORTIUM*) Simile aliquid de Scythis narrat Herodot. l. 4. etenim pluribus virgis salignis divinabant. Enares vero & Adrogyni ex eodem Herod. tiliæ fronde vaticinabantur.

CONSULTATIO) habebatur, sed in posterum diem rejiciebatur.

SIN PERMISSUM) Vel primo, vel secundo, vel tertio denique die, auspiciorum adhuc ex avibus fides & equorum præfagia exiguntur.

AVIUM VOCES VOLATUSQUE) Ovid. Trist. l. 1. *Linguave, servatæ, pennave dixit avis.*

PROPRIUM) Non ita proprium quin etiam commune quodammodo fuerit Persis Herod. l. Xerxi & Cyro Persarum Regibus attribuit ἱερεὺς ἵππερς λευκὸς & τὸ ἄγμα τὸ ἱερόν. *Equos Sacros, candidos, & currum sacrum,*

crum. Ditmarus lib. 6. Chron. refert Luiticios vulgo Lufatios, Equum inter alios maximum ut sacrum venerari eundemque credere (si modo insistat duorum hastilium inter se transmitterum cuspidibus) futura praesentire.

Cap. XI. *LUNA*) Caesar Comm. I. *Quum ex captivis quaereret Caesar, quamobrem Ariovistus praelio non decertaret, hanc reperiebat causam, quod apud Germanos ea consuetudo esset, ut matres familias eorum sortibus declararent, utrum praelium committi ex usu esset, nec ne. Eas ita dicere, non esse fas Germanos superare, si ante novam Lunam praelio contenderent.* Addit Plutarchus, eas ita praedixisse inspectis annuum vorticibus & gyris.

NOCTIUM) Ita & Numidia qui ex Nicolao Damasceno apud Stobaeum non dierum sed noctium numero, tempus suum computabant.

Cap. XII. *PAGOS VICOSQUE*) *Contrées* Turneb. Pagos, Villas interpretatur: vicos vero junctas domus, regionesque, quae pagatim incoluntur affirmat dici pagos.

COMITES) Cluver. *des Comtes*, unde Comitum dignitas. Comes domorum Justiniano, qui in Domesticos Principis Praefecturam habebat. Comes Stabuli.

Cap. XIII. *CIVITAS*) tout le pais.

SUFFECTURUM) Viribus & aetate, aetas sufficiens existimatur prima adolescentia & vicesimus annus, quod odoratus sum ex Tacito. *Apud Catos in consensum vertit ut primum adoleverint crinem barbamque summittere: nec nisi hoste caeso exuere votivum obligatumque Virtuti oris habitum.* Certe vigesimo ut plurimum anno erumpit & summitti potest barba.

Cap. XV. *PHALERAEE*) des Bardes, sine ephippiis, quibus non utebantur antiqui Germani. Caesar Comment. 4. *neque eorum moribus turpius quicquam aut inertius habetur quam ephippiis uti; itaque ad quemvis numerum ephippiatorum quamvis pauci adire audent.*

Pro

Pro ephippiis pictos habebant tapetes: *Instratos auro alipedes pictisque tapetis.* Virgil.

Cap. XVI. *URBES*) Aliter Cæsar de Suevis, quos demigrasse refert ex oppidis seu Urbibus. Cæsa-rem sequuntur Ptolemæus & Herodianus. Sed magis Vellejo, Straboni & Tacito credendum, nisi more Britannorum *oppidum* interpreteris cum eodem Cæsa- re silvas impeditas vallo atque fossa. Cæsar Comm. 5. *Oppidum Britanni vocant cum silvas impeditas vallo atque fossa munierunt.*

Cap. XVII. *SAGUM*) vid. supra.

NON FLUITANTE) Sidonius: *Strictius assuta vestes procera coercent Membra virum, patet is ardato tegmine poples.* Secus Lucanus. *Et qui te laxis imitantur Sarmata braccis Vangiones Batavique truces.* Verum Vangiones Batavique in Gallia cisque Rhenum habitabant, origine duntaxat Germani erant.

OCEANUS) Justinus de Scythis. *Lancæ iis usus ac vestium ignotus, pellibus tantum ferinis aut marinis vestiuntur.* Germani ferarum pelles aut super pictis maculis aut piscium pellibus versicoloribus spargebant.

FEMINIS) Feminae plebejæ vel nudæ erant, vel fagis quadratis tegebantur ut Viri.

FEMINAE) nobiles.

LINEIS) jam quidem & Trans-Rhenani hostes vela ex lino texunt, nec pulchriorem aliam vestem eorum feminae novere; Plin.

MANICAS) Vestis feminarum, similis à une chemise sans manches.

Cap. XVIII. *PROPE SOLI*) Recte sane, nec iste mos fuit aliorum barbarorum, si Ægyptios & Judæos excipias. De Ægyptiis testis est Herodotus l. 2. de Judæis sacrae paginæ.

PAUCIS) Principibus. Cæsar de Ariovisto Marcomanorum Rege comment. I. *Duæ fuerunt Ariovisti uxores*

res: Una Sueva natione quam secum adduxerat, Altera Norica, Regis Vicionis soror.

VINCULUM) Nimirum firmior est amatio, ubi nudus amor amore nudo vincitur: Ubi non dos aut opes, sed matrimonium amatur.

AUSURAM) Oros. lib. 5. c. 17. de Cimbrorum feminis adversus Marium. *Mulieres graviolem pene excitavere pugnam, quæ plaustris in modum Castrorum circumstructis, ipsæ desuper pugnantes diu prope repulere Romanos.*

EQUUS) Quo etiam utebatur uxor in bellis. Nicetas Coniates in vita Manuelis Comneni scribit, visas super sagis equitantes Alemanas & Francas mulieres, non conjunctis pedibus, sed virorum ritu largiter diductis.

Cap. XIX. *SPECTACULORUM*) Tacit. Annal. 13. *Intravere Pompeji theatrum Veritus & Malorius Frisiõrum Legati, quo magnitudinem Populi viserent, illi per Otium (neque enim ludicris ignari oblectabantur) confessum caveæ, discrimina Ordinum, quis Eques, ubi Senatus percontabantur.*

LITERARUM) Epistola non erubescit, & sæpius literis petuntur, quæ ore non audes.

POENA) Bonifacius Archiepisc. in epist. ad Ethelhardum, Anglorum Regem: *In antiqua Saxoniam, ubi nulla Christi cognitio, si Virgo in materna domo vel maritata sub conjuge fuerit adulterata; manu propria strangulatam cremant, aut cingulo tenus vestibus abscissis flagellant eam castæ matronæ, & de villa in villam missæ occurrunt novæ flagellantes, & cultellis pungunt, donec interimant.*

SECULUM) la mode.

VITAM) Apud Erulos, Germaniæ Populos, adeo non secundis nuptiis erat locus, uti uxor laqueo se statim indueret juxta sepulchrum mariti demortui, nisi vellet infamis vivere. Procop. l. 2. Goth.

AGNATIS) Liberis, qui agnascuntur.

Cap. XX. *ALIT*) Prolem etiam recens natam

tam Rheno explorant Germani, clypeoque impositam, si demergitur, notham, si innatet, veram censent. Claud. in Rufin. *Et quos nascentes explorat gurgite Rhenuus.* Nonnus lib. 46. de Rhen. ἀσημαντόιο θεμισπόλος το-
κεροῖο incerti iudex partus.

SERA) Cæsar Comment. de Germanis, *Intra annum vero vicesimum femine notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus.*

ARBITRANTUR) Ita etiam Lycii, quorum rationem hanc affert Herod. lib. 1. quod de Sororum magis, quam fratrum filiis constet.

ORBITATIS PRETIA) Non ita Romani. Seneca ad Marciam. *In Civitate nostra plus gratiæ orbitas confert quam eripit: adeoque Senectutem solitudo, quæ solebat destruere, ad potentiam ducit: ut quidem odio filiorum simulent; & liberos ejurent, & Orbitatem manuficiant.*

Cap. XXII. *CONSTITUUNT*) postera die. Vetustissimum hunc fuisse morem etiam Græcorum discas ex Homero, & Plutarch. de Persis Herodot. ita ait eos ad vinum consultare, ut ea decreta firmiora existiment, quam quæ sobrii statuunt.

Cap. XXIII. *ORDEO*) Dio l. 49. ait Pannonios ordeum ac milium juxta edere ac bibere. Plin. libr. 22. *ex iisdem frugibus fiunt & potus, Zythum in Agypto, Celia & Cerria in Hispania, Cerevisia & plura genera in Gallia aliisque Provinciis.*

Cap. XXV. *COLONO*) Agri Cultori.

EXSEQUUNTUR) Nec sola uxor & Liberi, verum etiam Servi vel per commercia comparati, vel bello capti. Sen. Epist. 47. de Variana clade, qua fusi sunt in Germania Romani: *Quam multos splendidissima natos Senatorium per militiam auspicantes gradum, fortuna depressit, alium ex illis Pastorem, alium Custodem casæ fecit.*

LIBERTI) donati Libertate, sed non eatenus apud Germanos ut erga Dominum ab officiis servilibus immunes essent.

MOMENTUM) Alicujus momenti.

ASCENDUNT) Enim vero a Regibus sublati.

LIBERTINI) Filii Libertorum omnino liberi. Liberti hac una admodum nota apud Germanos a Servis distinguebantur, quod plenam Libertatem in Libertinos filios transmitterent.

AGER) nullis confitus arboribus.

Cap. XXVI. *TOTIDEM*) ac nos.

VOCABULA) Quibus Hyems, Ver ac Æstas intelliguntur. Plin. de Principio mensium, anni, & sæculi apud Gallos. *Sexta luna, quæ principia mensium annorumque iis facit, & sæculi post tricesimum annum.*

Cap. XXVII. *EQUUS*) Cæsar de Gallis comm. 6. *Omnia, quæ Vivis cordi fuisse arbitrantur in ignem inferunt, etiam animalia ---- Servi & clientes una cremantur.*

LUGERE) Senec. Epist. 63. *Annum feminis ad lugendum constituere majores, non ut tam diu lugerent, sed ne diutius. Viris nullum legitimum tempus est, quia nullum honestum.*

Cap. XXVIII. *BOÏI*) Cæsari Volcæ Tectosages sunt, & ex Gallia Braccata s. Narbonensi (cujus caput ex Plinio & Mela fuit Tolosa) profecti. At Livius l. 3. Celtas vocat (quorum Summa imperii penes Bituriges fuit) Ambigatus Rex Celtarum in Hercinios Saltus Sigovesum ex Sorore Nepotem misit Prisco. Tarquinio Romæ regnante. Idem Liv.

BOÏEMI) a Bojis, *la Boheme.*

MUTATIS) Boji a Marcomannis pulsi in Bavariam sive Bojoariam transiere. Cluver. ex Strab. l. 4.

AVARISCI) in Pannonia.

OSI) in Polonia non longe a Vistulæ (*du Weiffel*;) fluminis fontibus. Pannoniam dividebat longo satis intervallo ab Osis Danubius.

NERVII) Inepte *Tornai*, Nerviorum tractus hodie ab oppido *Maubertfontaine* ad oppidum *Namur* inde per

per Hannoniā ad Conte ex Oppido *Condé* ad *Cambray* & *Chateau Cambresis*. Cluver.

VANGIONES) Libellus Provinciarum Civitatumque Galliarum. Provincia Germ. 1. *Metropolis civitas Moguntinensium, civitas Argentoratensium, h. est, Stratisburg, civitas Nemetum, hoc est Spira, civitas Vangionum hoc est Wormatia, Vormes.*

TREBOCI) *Strasburg.*

NEMETES) *Spire.*

VBII) Cis Rhenum. *Coloniensis Episcop. admodum totus, Juliacenſis Ducatus pars maxima.*

AGRIPPINENSIS) *Vipsanius, Agrippinae Avus, Ubios a Cattis oppressos traduxit in citeriorem Rheni ripam. Agrippina postea in Oppido Ubiorum genita, Veteranos coloniam deduci imperat. Tacit. Annal. 12. inde Colonia Agrippina. Cologne.*

Cap. XXIX. *BATAVI*) *les Hollandois. Vahalis fluvius & Rhenus Batavorum Insulam claudebant.*

CATTORUM) de Cattis sive Hassis infra.

MATTIACORUM) *Mattiaci. Veteravia tota cum portiuncula Hassiarum de la Hesse, qua oppidum Marburg. Hi pars quondam fuerunt Cattorum Ubiorumque (quos cis Rhenum pepulerant) agros occupavere. Cluver.*

SIMILIS) *origine.*

DECUMATES) *Lipſ. Decumas solventes Romanis in hos agros comveaverant Alemanni convenæ & miscellanei homines (ut vox ipsa Alemanni indicat, etenim ALL Germanice Omnem significat, MAN hominem) iidemque Galli, ut liquet ex sequentibus Taciti verbis Levissimus quisque Gallorum. Hi agros intra Rhenum, Mœnum, le Mein, & Danubium a Marcomannis in Bojohemum irrupentibus relictoſ, ex Gallia profecti infedere.*

PROVINCIAE) *Galliarum Romanorum.*

Cap. XXX. *CATTI*) *apud Caesarem Suevi. Hassia tota, Thuringia, Episcopatus Paderbornensis pars*

Visurgi flumini (au *Veizer*) affixa, Abbatia Fuldenfis, parsque tantula Franconiæ.

DISPONERE DIEM) *se tenir en bataille pendant le jour.*

VALLARE NOCTEM) *camper pendant la nuit.*

COPIIS) *des Vivres.*

BELLUM) *in Bello non semper prælia.*

JUXTA) *Proxima formidini.*

Cap. XXXI. *REVELANT FRONTEM*) vel tonsa Cæsarie, vel in vertice nodo religata, ut solebant Suevi quidam Nobiles & Ingenui, ad terrorem, apud Tacitum, vel in posticam capitis partem submota nodoque astricta, quod omnibus Suevis ingenuis erat commune, eosque a reliquis Germanis comam alentibus distinguebat.

HABITUS) Vel annulorum, vel revelantium frontem obliquato crine nodoque in vertice substricto. *In altitudinem quandam & terrorem, ut hostium oculis ornarentur.* Tacit. infra de Suevis.

Cap. XXXII. *USIPII*) Cliviæ pars omnis trans-Rhenana & portio Agri Monasteriensis, de Munster.

TENCTERI) versus *Paderborn, Waldeck, Marc, Lippe*, oppida. Usipii & Tencteri in vacuum locum relictum a Sicambis, quos Tiberius in Galliam transduxit, transmigrarunt, pulsi enim vero a Cattis, antiquis suis finibus, tractu scilicet illo Vestphaliæ, ubi hodie est *Minden*.

CETERA) Bona.

Cap. XXXIII. *BRUCTERI*) Tractum illum omnem incolere, qui est a Frisia ad Lippiam fluv. inter Amisiam (l'Ems) & Rhenum. Cluver.

CHAMAVOS) ad Amisiam fluv. & proxime *Lingen & Osnabrug* in Vestphalia.

ANGRIVARIOS) in Westphalia inter Osnabrug, Minden & Limbourg.

SPECTACULO) Commissum est prælium spectantibus præfidiariis Romanis militibus, qui erant ad Rhenum.

num. Excidium narratum est Romæ Trajani anno primo.

Cap. XXXIV. *DULGIBINI*) & Chassuarii principio ad Visurgim habitarunt tractum illum qui versus Occidentem respicit fontem Lippiæ fluvium & oppidum *Paderborn*: incoluere postea sedes a Chamavis & Angrivariis relictas; postquam Chamavi & Angrivarii Bructeros suis finibus spoliassent.

LACUS) Sunt autem illi per universam Hollandiam Septentrionalem sparsi nominibus variis: maximus omnium est *Fletio* sive *Flevus* lacus; trans Flevum erant Frisii majores; cis vero Frisii minores.

TENTAVIMUS) Cum ad Albim usque Drusus & filius ejus Germanicus Oceanum navigarent.

COLUMNAS) In aliqua Oceani Insula. Cluver.

Cap. XXXV. *CAUCHI*) Frisia Orientalis, Episcopatus Bremensis, *Oldenburg* & Episcopatus Midenfis pars Septentrionalis, in Vestphalia.

Cap. XXXVI. *CHERUSCI*) *Luneburg*, *Brunsvic*, *Hildesheim*, Halberstad, Ducatus Lavisburgensis & Magdeburgensis partes, quæ sunt cis Albim, l'Elbe, Marchia antiqua. Arminius, Cheruscorum Dux, Cheruscos cum Cattis conciliavit; illo mortuo, cum pristinum dissidium renovaretur, Cattis de Cheruscis *Victoribus fortuna in sapientiam cessit*. Tacit. Inde factum, ut stulti Cherusci, Catti Sapientes dicerentur.

FOSI) Sive Saxones antiqui, *la Holface*. Hi non ita fracti sunt a Cattis, quin postea exurgerent in magnum nomen, novasque sedes ambirent & occuparent.

Cap. XXXVII. *CIMBRI*) Peninsula *Iutland* Latine Iutia, Regi Danorum paret. Cimbro & Saxones voce tantum diversos monuit eruditus Portalierus noster, fateor, temporibus Claudiani, qui Saxones Cimbris miscet.

ARSACIS) Parthorum. Primus Parthorum Regnum fundavit Arsaces.

CRASSI) Crassum in solitudines tractum Surena, Orodus Parthorum Regis Dux, una cum maiore parte exercitus Romanorum interemit. App. & Vellej.

VENTIDIUM) Ventidius, inquit Flor. *Labieni copias ipsunq[ue] Pacorum omnemq[ue] Parthorum equitatum toto inter Orontem & Euphratem sinu, late cædit.*

VARUM) Nihil illa cæde ab Arminio Germanorum Duce patrata per paludes perque silvas cruentius. Flor.

MARIUS) Stitit vagantes & irrumpentes in Italiam Cimbros.

CAESARIS) Caligulæ.

MINAE IN LUDIBRIUM VERSAE.) Et jure quidem merito irrisus est Imperator, qui in Germaniam profectus, satis habuit littore Oceani conchas cum exercitu colligere & de iis, quasi de Germanis Victis, triumphare. Sveton.

GALLIAS) Civile, Batavorum Duce, rebellante temporibus Vespasiani & Domitiani. Tacit.

Cap. XXXIV. *SEMNONES*.) Poloniæ minoris pars inter Vartam & Viadrum amnes, Ducatus Crossinensis, regio Sternbergensis, Silesiæ pars, qua oppida *Glogau & Sagan* &c. Lusatia, ex Marchia Brandenburgensi *Frankfurt sur l'Oder*, Analdini Principatus, Saxoniæ superioris, Misniæ partes trans Albim. Cluv.

Cap. XI. *LONGOBARDOS*) Longobardi. Marchia Media Brandenburgensis, pars Magdeburgensis, Episcop. dextræ Albis ripæ affixa. Sub Tiberio & Augusto etiam cis Albim *vers Danneberg* pars Longobardorum confedere, sed etiam tunc ab iisdem Imperatoribus trans Albim submoti sunt. Strab. Vellej, Sveton.

DEURINGI, CAVIONES, ANGLI &c.) Singulis his septem populis vix singulas sedes adsignat Cluverius. In universum dici potest illos incoluisse eas Regiones, quæ sunt inter *l'Oder, la Mer Baltique & l'Elbe, depuis Brandenbourg jusques à Lauenburg & Stettin.* Cluver.

DEURINGI) postea Toringi, cum in illud solum, quod hodie Turingia temporibus Procopii transmigrarunt. Procop. Goth. l. 1. Deuringi antiquitus in Marchia Brandenburgensi proxime oppida *Havelberg* & *Ruppin*. Cluver.

CAVIONES) & Aviones ad oppidum *Dalmin* in Marchia Brandenburgensi.

ANGLI) Luneburgiensis Ducatus pars ad dextram Albis ripam, cum Mecklenburgiensis Ducatus parte Occidentali. Angli cum proximis Fosis seu Saxonibus societate inita, mari transmissa, Angliæ Insulæ nomen dedere, quæ etiam nunc Angla Saxonum Insula dicitur.

VARINI) ad mare Balthicum, ubi oppidum *Rostock*. Cluver.

EUDOSSES) in Pomerania cis Guttalum, l'Oder, ad mare Balthicum in illo tractu, in quo sunt oppida *Baart*, *Stralesunt*. Cluver.

SVARDONES) in Pomerania versus *Stettin* deçà l'Oder. Cluver.

NUITHONES) Oppida. *Templin* in Marchia Brandenburgensi, & *Garz* in Pomerania cis Guttalum. Cluver.

HERTHAM) Germanice Terram.

MATREM) etiam Deorum. Macrobius Saturn. lib. 1. c. 21. *Quis ambigat Matrem Deum Terram haberi?* Et sane, quæ de Sacris Cybeles apud Ovid. Virgil. Marcell. dicuntur, silentium, Festi dies, cruentæ hostiæ, junctæ plaustrò boves, lota Dea Almonis aquis, non absunt a narratione Taciti.

INSULA) Hodie Insula Rugen dicitur, etenim lacus, silva densissima, & quæ referuntur a Tacito, huic Insulæ insunt.

Cap. XLI. *HERMUNDURORUM*) tractus Principatus Anhaltini, Saxonia inter Albim & Salam, ex Franconia Coburg, Bamberg, ex superiori Palatinatu

Nuremberg, ex antiqua Suevia *Dunkelspiel & Nortlingen*, inde juxta Danubium ad oppidum *Ingolstadt* porrigebatur.

RHÆTIÆ PROVINCIÆ) Rhætia duplex, prima & secunda: prima inter lacum Brigantinum, Lychem & Ænum.

COLONIA) Augusta Vindelicorum cis Danubium, *Augspurg*.

CUSTODE) Milite Romano.

ALBIS ORTUM) Errat toto Bojohæmo Tacitus. Oritur Albis in confiniis Silesiæ & Bojohæmi. Cluver.

NOTUM) Druso, Germanico & Tiberio Cherufcos, Catos & Hermunduros debellantibus; quiescente vero Trajano, sub cujus Imperio scribebat Tacitus, tantum *auditur*.

Cap. XLII. **NARISCI**) Palatinatus superioris tractus trans Danubium oppositus Castris Reginis, *Ratisbonne*. Cluver.

MARCOMANNI) pulsus Biis occupaverunt Bojohænum, *la Boheme*.

QUADI) Moravia, tractusque omnis trans Danubium, oppositus Vindebonæ à *Vienne*, Carnunto à *Haimberg*, & Brigantio à *Strigione*. Quados distingue in priores & posteriores: hi origine Suevi in commune Quadorum transferant nomen.

REGIBUS) Catualda Rege Marcomannorum, qui pepulerat Maroboduum, Vannio, quem Drusus Suevia sive Quadis præposuit, Vangione & Sidone Regibus egregiæ adversus Romanos fidei. Hi Vannio regnum abstulerunt. Tacit. Annal. l. 12.

Cap. XLIII. **MARSIGNI**) Silesii ad oppida *Ligniz, Sweiniz, Neisse & Breslau*, Silesiæ caput.

GOTHINI) Proximi fontibus Guttali, *de l'Oder*, & Vistulæ, *du Weiffel*, inter oppida *Teschen* in Silesia, *Meziszec* in Moravia & *Bielsko* in Polonia.

OSI) ad oppida *Oppeln & Ratibor* proxime Guttalum in Silesia & *Ogztyn* in Polonia.

BURII) a Warta flum. & oppido *Warta* in Polonia ad Oppidum Silesiæ *Schildelberg*.

LYGIORUM) Lygii in Polonia ab oppido *Vlatislau*, ad oppidum *Cracovie* inter *Vistulam* & *Vartam* fluv. Hoc, qui late patet tractu, intercepti erant Aarii, Helvecones, Manimi, Elysii, Naharvali, Poloni omnes. Cluverius.

CASTOREM & POLLUCEM) Solem & Lunam Cluverius interpretatur ex Plutarch. Græci uno nomine vocant *Διοσκόρος*.

GOTHONES) five Gothi. Pomerellia in Polonia ab oppido *Dantzic* juxta *Vistulam* ad oppidum *Culm*. *Dantzic* antiquitus *Godanum*. Gothos, Duce *Fastida*, relictis suis fedidus, vastataque universa Sarmatia, ad *Mœotim* usque paludem in *Dacia* apud *Getas* confedisse sub *Antonino* Imperatore, colligitur ex *Dione* & *Jornande*; inde postea universam propemodum *Europam* exagitarunt.

RUGII) ad mare *Balticum*, inter Oppida *Stargard*, *Camin* & *Coeslin* in *Pomerania*, & *Falkenbourg* in *Marchia* *Brandenburgensi*. *Rugii* in expeditione *Italica* *Gothorum* fuere *Socii*. *Ennod*.

LEMOVII) five *Heruli*, proximi *Mari* *Baltico* intraque oppida *Puwizke* & *Heel* in *Cassubia* & *Stolpe* in *Pomerania*. *Cluv*.

Cap. XLIV. *SVIONES*) Regiones *Lappia*, *Biarnia*, *Occidentalis Suedia*, *Guria*, cum *Danici* *Regni* partibus, *Bleking*, *Skaane*, *Halland*. *Teutonum* *Insulæ*, ubi hodie *Kopenhagen*, ad *Danos* pertinent.

SITONUM GENTES) *Norwegia*, *Finnomarchia* & *Scritofinnia*; his ad *Septentrionalem* *occasum* supra *Britanniam* longe adjacet *Insula* *Thule*, hodie *Island*.

Cap. XLV. *ÆSTIORUM GENTES*) *Prussia*, *Lithuania* ad *Oppidum* *Nur*. *Media* *pars* *Mazoviæ* pertinet ad *Vistulam* fluv.

SUCCINUM) vid. *Plin*. lib. 37. c. 2. & 3.

SUCCUM TAMEN ARBORUM) Hæc Tacitus ex Priscorum fide. Certe in ipsa humo Succinum produci probant satis qui hodie in Prussiae littoribus alte defossum instrumentis extrahunt materiam lentam, & pinguem, quam frigiditas aquæ statim indurat.

INSULIS) Proxime *Dantzic*. Insulæ istæ Romanis Glessariæ dicuntur a *Glesso*. Græcis Electrides.

Cap. XLVI. *PEUCINI*) Qui & Bastarnæ Poloniæ tractus inter Vistulam & Aprum amnes. Inde Podolia & Tiras fluvius ad Pontum usque Euxinum, nec non Insula Peuce in Ostiis Istri, unde Peucini.

SARMATARUM) Sarmatiam contra ac existimaverant antiqui, longe ad Orientem removet Cluverius. Hanc apud illum, claudunt Tanais, Boristhenes & Rha fluvii.

VENEDI) Venedis olim maxima pars Moscoviæ Occidentalis cessit: Hi ab Æstis postea ex Gallis in Germaniam transeuntibus, agris suis maximam partem submoti sunt.

FENNOS) *Finnland*.

HELLUSIOS & OXIONAS) Novam Zemble ad Polum.

ARTUS FERARUM) Plin. l. 4. c. 13. *Feruntur & Oenæ in quibus ovis avium & avenis incolæ vivant, alicæque in quibus equinis pedibus homines nascuntur, Hippopodes appellati.*



III.
GODOFRIDI WILHELMI LEIBNITII
NOTAE.

Cap. II. *INDIGENAS*) Indigenæ vel Aborigines hic populi non nisi eo Sensu cenferi possunt, quo ignotum pro nullo habemus, quia adventus eorum & migrationes primæ omnem historiæ memoriam transcendunt. Ceterum ex linguis apparent Cognationes Gentium; & Germanos omnesque Galatas, vel quod idem revera vocabulum est, Keltas, sive Celtas, secundum veram Veterum prononciationem (quo nomine Germanos Gallosque complexi sunt) ex Scythia venisse credibile facit magna in multis Germanici Græcique Sermonis convenientia; ut transmissa Vistula Danubioque, pars in Occidentem tendens Germaniam, alia ad meridiem versa Græciam implevisse videatur. Sed non ideo nego serius reverbos in Scythiam Germanos velut Gothos & fortasse etiam antea Cimbros.

SED CLASSIBUS) Mirari subit, quomodo in mentem venerit Tacito, *antiquissimas migrationes non terra, sed mari factas* credere, quod contra est. Sero in longinqua navigatum; pauci casu acti non facile propagarunt genus. Serius eo profecta est ars navigandi, ut Classibus iretur, & quantæ molis sit magnam hominum multitudinem navibus transvehere, etiam nunc experimur. Nec refert, quod Germania Cælo Soloque aspera est, nam nec Scythia melior; & poterant Scythæ cis Volgam Tanaimve positi ab interioribus pelli (ut postea sæpe factum,) velut Gothi ab Hunnis, Cumani a Tartaris.

TUISTONEM) Tuistonem vel Tuisconem, unde hodieque Germani sibi dicuntur *Teutisci*, non alium esse, quam *Teut* vel *Teutatem*, etiam Gallis & Hispanis cultum, Lucano & Livio teste, quem Cæsar pro Dite Patre

tre accepit, res ipsa loquitur. Credibile est, magnum fuisse Regem vel Heroem Celto - Scytharum, qui rudes Populos ad meliorem frugem vocavit & pleraque Europæ fortasse & magnam partem Asiæ armis tenuit & usque ad Ægyptum pervenit. Nam & Ægyptiis Theut pro Mercurio celebratur: frustra nunc pro Philosopho privato habetur. Ceterum origine appellativum est nomen, ut *Brennus*, significatque Regem, qualis Gothis & Bojoariis Theodones. Itaque Ulfilæ *Thiudinaffus*, *Thiudangardi* regnum est. Sed Anglo - Saxonibus & Septentrionalibus Germanis *Thiod* populus. Et superest Brunsvicensibus *Thiidde* pro plebe. Hodieque *tugt* (Superioribus Germanis *Zucht*) est genus. Hinc vel *Teutones* a Ductore Teut dicti, vel contra Ductor a Gente: Gens autem sibi ipsi *Theut*, id est populus, quam vocem alii de certa gente acceperunt; uti *Zembla Sambia* Sarmatis omnis terra, aliis certam ipforum regionem designat; & *Madur* homo, Scandinaviæ Germanis; *Madgyares* vero & *Magores* Hungari & Tartari sibi ipsis nempe homines, Populi, sed hodie certæ Gentes. Quin transit nomen Populi in Regnantes, ut ostendunt *Theuto* & *Theodo*, ut *Madyas* Rex Scytharum apud Herodotum, ut nunc Indiæ *Mogores* ex *Mogoribus*, id est, Tartaris orti. Ita & *Mannus*, hic Tacito caput est ejus Gentis, cui Man hominem quemvis designat, uti *Varo* sive *Baro*, de quovis viro, postea de eminentiore; & *queen* (γυνή) quævis mulier Septentrionalibus, sed Anglis hodie Reginas, ut *Frau* jam mulierem Germanis, jam Dominam notat. Ceterum *Menes* primus etiam Regum apud Ægyptios.

TRES FILIOS) Tres Filios Manni hinc post Pseudo-Berosum etiam Conringius suspicatus est dictos *Ingaef*, *Istaef* (vel *Gustaf*) & *Hermin*. Tacitum tale quid credidisse apparet. Sed cum *Wonen* Germanis sit habitare, quidam maluerunt *Ingevones* esse, qui interioribus habitent, ad Oceanum scilicet, ut Cimbri, Teutones, & Cauchorum

chorum gentes & Scandinavii Plinio teste. *Istævones* vero (vel *Estevones*) qui ad Orientem, quos Plinius Rheno proximos facit, Tacitus videtur melius versus Ponnoniam & Sarmatas removisse. *Hermionum* nomine Tacitus medios omnes, Plinius nominatim comprehendit Hermunduros (tanquam qui retinuerunt generale nomen) Suevos, Cattos, Cheruscas. Sane Cæsari Catti sunt Suevi. *Hermunduros* autem (Heermänner) & *Hermiones* eandem esse vocem apparet, nunc latius, nunc arctius sumtam. Quin idem nomen est Germani & Hermunduri, vel Germani & Hermiani; facile enim G. & H. initiales permutantur, ut Hispani *Hermanos* vocant, quos Romani *Germanos*. Galli *gand*, quod Germani *hand* vel *handschu*, & quod Latini *Gammaros* nostri *hummer*, ut alia multa taceam. Nec mirum ab Hermionibus, quales Catti Gallis propinqui, nomen ceteris Germaniæ populis datum; ut hodieque a nomine superioris Rheni acolis proprio, nostri omnes Gallis Alemanni appellantur. Interim agnosco *Herman* & Viri nomen fuisse, qui etiam *Irmin* vel *Arminius*, non ille Romanis bellis exercitus, sed antiquissimus, quem Tacitus Manni filium facit, cujus, ut fit, in posteriore repetitum nomen. Ille ergo Hermionum sive Dux sive Genitor pro Deo cultus est etiam Saxonibus in *Irmen-sul* (Irmini Columna) in *Irmins-Wage* (cœlesti plaustro:) quin & ab ipso militaris quædam per Britanniam via Anglo-Saxonibus dicta *Irmen-Street*: nec *Hermetis*, id est, Mercurii nomen ablu- dit. Unde mox Tacitus cap. 9. Germanos Deorum maxima Mercurium colere. Cumque Chaldæi & Persæ duos habeant Deos, unum bonum *Oromasdem*, alterum malum, *Arimanium*, vix est, uti non suspicemur, *Irminium* (eundem nescio an diversum Teutatæ, quando uterque Mercurius) Celto-Scytharum maximum Principem antiquissimis temporibus magna Asiæ parte perdomita cum *Ormisda* Orientalium Populorum rege

rege conflixisse; & terrore sui nominis, ut alter beneficiis, divinitatem meruisse. Nec quicquam prohibet suis beneficium & artium repertorem, aliis vastitatem intulisse.

MARSOS) Marfi, ut apparet a Solo. Nam hodieque *Marsland* terra devexa fluminumque alluvione lacta, qualis Dittmarsorum. *Gambrivii* possint cum Cimbris iidem esse, diverso vocis flexu; *Suevi Vandalique* fatis alias noti, quorum si Etyma in hodierna lingua quaerere licet, pene eadem vis erit utriusque vocabuli, nam Suevi vagabundos, Vandali ambulatorios significabant, ut *Kemper* seu *Kimbri* sunt bellatores, id est idem fere quod Germani, ut mox dicemus.

TUNC GERMANI) Vexatissimus locus varietate Interpretationum; Quantum intelligo *primum* observat Autor Germaniam sero, hoc communi nomine appellatam, ubi assentior, si *sero* intelligit, olim quidem, sed tamen multo post antiqua nomina (ut Svevorum Marforum) sed minus ei subscribo, si respicit ad proxima Caesaris tempora: Nam ex Fastis Capitolinis constat, Marcellum Hannibali æqualem triumphasse de Bojis & Germanis, qui credo Boetiis auxilio venerant. *Secundo*, quod ait, qui Rhenum transgressi Gallos expulerint, nunc Tungros tunc Germanos esse vocatos, sumtum videtur ex Caesaris Libr. 2. Bell. Gall. Nam, ut bene observatum est Cluverio, ignota fuit Caesari Tungrorum appellatio, nominatque illorum loco *Eburones*, *Condrusios*, *Segnos*, *Pæmanos*, qui tunc uno nomine Germani appellabantur. Hinc suspicio videtur nata Tacito, hos fuisse primos Germanorum Rhenum transgressos, & ab horum nomine peculiari, ortum deinde commune nomen omnium, etiam trans-Rhenanorum; inque ea suspicione fortassa confirmatus fuit per ea, quæ audierat ipse in illis locis cum Belgicæ Procurator esset. *Tertio* reddere vult rationem Tacitus, unde his primum transgressis nomen Germanorum

norum nempe a *Victore* (id est ipfismet) ob metum fui-
 fe sumtum, scilicet, quo magis metuerentur ab his,
 quos vincebant, vel pellebant. Oportet ergo vocabu-
 lum aptum fuisse ad incutiendum metum; & sane
 Germanis (credo & Gallis) hominem bellicosum si-
 gnificasse apparet. Nam *Wehr* arma, *Guerra* vel *Ger-
 ra* aut *Werra* bellum, *hehr*, *hari* exercitus, *harihan*
 clamor *hari* (clameur de haro) evocatio ad exercitum.
 Et serius adhuc *Harimanni* vel *Arimanni* viri militares
feudaque Arimannica dicta. Itaque Tacitus cum in Bel-
 gica vim vocis intellexisset, iudicavit Rhenum trans-
 gressis semet vocasse Germanos seu viros militares &
 bellicosos, ut hostibus magis terrorem incuterent.
Quarto mox factum vult, ut omnes etiam Rhenum
 non transgressi, hoc eodem evalescente paulatim no-
 mine appellarentur. Nempe ut nomina partis attri-
 bui solent toti nationi; Sic Hellenes olim pars tantum
 Græcorum, Iberi Hispanorum, Alemanni non ita pri-
 dem de solis Svevis & Helvetiis accipiebantur. *Quinto*,
 ait, omnes dictos hoc nomine a *se ipsis invento*. An quia
 vox Origine Germanica, an quasi Tungrorum exem-
 plo cæteri sponte sumpserint nomen, cujus significa-
 tio placuisset. Hæc Taciti sententia est, saltem si lo-
 cus non est corruptus. Nam si legi deberet a *victo ob
 metum*; sensus foret, primos Rhenum transgressos a
 Gallis victis & timore perculsis fuisse appellatos Ger-
 manos seu viros militares & fortes, mox cæteros quo-
 que id nomen sibi sponte sumpsisse, isque Sensus pau-
 lo priore planior est, quanquam uterque eodem fere
 redeat. Cæterum hæc opinio Taciti ex Cæsaris loco
 & intellectu vocabuli per conjecturam, ut apparet,
 formata, nunc usque adeo firma habenda est, ut dissen-
 tire fas non sit. Verissimum quidem videtur non
 omnium Theotiscorum, sed eorum qui Gallis proprio-
 res notioresque erant & Rhenum transgrediebantur,
 nomen fuisse, postea omnibus commune factum. Sed
 cre-

credibile est partem illam Theotiscorum non accepisse hanc appellationem a metu Gallis incusso, sed secum attulisse, cum sit ipsissimum nomen magnæ Gentis trans-Rhenanæ, latiore sensu etiam Cattos complexæ, nempe, ut jam verosimile reddidimus, Hermionum seu Hermannorum, quos Romani Hermunduros vocarunt, eoque flexu vocabulorum cognationes gentium obscurantur.

Cap. XXX. *ULTRA HOS*) Ultra eos scilicet, qui trans Rhenum Danubiumque Decumates agros exercent, dubiæque possessiones solum; id est eos, ut suspicor, qui postea dicti Alemanni, nempe Asinii Quadrati testimonio apud Agathiam, ex variis Gentibus collecti inter Rhætos, Gallos & Germanos. Quamquam ego Asinii ævo, quem & Strabo jam citat, hoc nomen innotuisse non putem in tanto omnium Veterum silentio. Et vereor ne Agathias homo Græcus Asinium ex alio citarit, qui addidit rei ab Asinio narratæ posterius nomen, cum scilicet hæc colluvies accessu Trans-Rhenanorum in formidabilem Romanis gentem excrevit, Caracallæ petitam; nempe recrudescente sub Antoninis Germania & Romanis metum reddente, quem ab Augusto ad Trajanum in suo passa erat.

AB HERCYNIO SALTU) Hercyniæ Sylvæ prima apud Aristotelem mentio Meteor. L. I.

CATTOS SUOS) *Catti* & *Hassi*; idem nomen pronuntiatione differens secundum dialectos. A felibus acerrimo animali dicti videntur, ut quidam Novæ Franciæ in America populi: Et idem animal alicubi *Katte*, alibi *Hesse*. Nam infinitis locis h. pro k. ut Caput *Haupt*, Cervus *Hirsch*, Collis *Hill*, *Κοῖλος*, *Hohl*, & sæpius adhuc s. pro t. aut vicissim, ut Wasser, *Wasser*, Vas, *Vat*, Maas, *Maet* &c. Cattorum autem seu felium est lacerare, scindere unguibus; & sane Saxonibus nostris inferioribus *Cadden* est secare, superioribus

oribus ad usque Silesios, *Gottelhof*, macellum; & superest Anglis, *cut* secare, Slavis vero Carnifex est *Kat*. Videntur tamen Catti, præter Hassiam, & partem Thuringiæ tenuisse; unde ipsis cum Hermunduris bellum ob flumen gignendo sale foecundum; ipsam scilicet Salam. Mattiaci fuere pars Cattorum vel appendix, ubi & Curtius Rufus venas scrutatus est, (Tac. Annal. II.) ubi & *aquæ calidæ* a Plinio collocantur lib. 31. c. 2. *Aquæ Mattiacæ* Marcellino l. 29. hodie Wisbade. Sed vereor ne, qui a nostro Tacito alibi Batavis junguntur, pro *Mattiacis* legendi sint *Marsacii* vel *Marsaci*, quos Caninefatus (in ipsa Insula Batavorum positus) vicinos Civilique Batavo adhærentes Labeo incurfabat, Hist. lib. 4. & qui vicini Batavis Frisiisque minoribus Plinio Autore a Cluverio Velaviæ adscribuntur.

Cap. XXXII. *TENCTERI COLUNT*) Inter hos & Cattos olim Sicambri habitaverunt supra Luppianam ad Sigam annem; supra hos Ubii prope Lonam. Cæsar apud Ubios Rhenum transgressus in fines Sigambrorum contendit, Lib. 4. Drusus (Dione Autore Lib. 45.) in Usipetarum regionem in Insulam Batavorum, unde Luppia transmissa in Sicambros irrupit. Sigambros deinde multosque Cattos Augusti auspiciis in Germania militans Tiberius, Vellejō teste, in deditionem acceptos cis Rhenum traduxit. His partim Catti videntur successisse, partim Usipii, Tenchterique, qui pene usque ad confinia Batavorum habitabant.

Cap. XXXIII. *IMMIGRASSE NARRATUR*) Bructeri ad Rhenum vel non procul infra Vefaliam Luppianæ confluentes medio ævo *Bructuarii*: manente nomine a solo, etsi mutatis habitatoribus. *Chamavi* intra Luppianam & Amasum. *Angrivarii* superius versus utriusque fluvii fontes. Chamavorum caput fuit, ubi hodieque oppidum Ham. Inde per Monasteriensem tractum & Bentheimensem Comitatum usque ad Frisiorum fines descendebant. Angrivarii fere sunt qui se-

rius *Angarii*, Engern, quos Amisus a Westfalis dividebat. Ab his populis Brueteros pulsos contentaneum est, qui infra eos colebant in depressis ac palustribus locis, id enim *broek*, *brauk* notat.

Cap. XXXIV. *A FRONTE FRISII EXCIPIUNT*) Omnia pulcherrime consentiunt: *Brueteri* propius Rheno, remotius *Chamavi* usque ad Frisios descendebant. Chamavi a fronte, id est versus Oceanum Frisios habebant, a tergo Dulgibinos & Chasvaros. Hos dubiæ hæctenus sedis videor mihi suis finibus restituisse. *Dulgibini* Tecklenburgii sunt, *Chasvari* Hæzæ amnis accolæ, id est, Osnabrugenses; ut mirer acutissimum Cluverium, Dulgibinos versus Paderbornam & Visurgim; Chasvaros ad Huxariam usque removisse, & Ferdinandum Episcopum Paderbornensem, sui Ordinis doctissimum Germanorum, Cluverii iudicium in Dulgibinis collocandis esse secutum.

HERCULIS COLUMNAS) Nihil video in Septentrione, quod accedat ad Herculis columnas, nisi fretum Danicum velis Gaditano conferre: inde forte apud Græculos fabulæ origo de Herculis expeditione in hoc mari.

Cap. XXXV. *DONEC IN CATTOS*) *Chauci minores* intra Amasum & Visurgim, *Majores* intra hunc & Albim. *Minores* memoratarum gentium, nempe Chamavorum, Dulgibinorum, Chasvarorum & Angrivariorum lateribus obtendebantur, ascendentes usque ad Visurgis flexum, hodie Mindensem Principatum, quo usque e contrario propemodum descendebant Catti, præsertim Cheruscis pulsis, ut mox dicam. *Majores* vero Chauci per Bremensem Verdensemque tractum in Luneburgensem Ducatum ad Cheruscos usque Fososque & Longobardos assurgebant. Ceterum Chaucos vel Caycos dictos volunt ab ave Ulula, quæ nunc quoque *Kauz* in his oris. Ulula autem est æmulus Catti venator. Alii a *Kayke*, graculo, quorum multitudo

titulo in illis oris, derivant. Talia nomina gentium usurpantur & Americanis, ut jam dixi.

Cap. XXXVI. *CHERUSCI*) Cherusci Cattis Oceanum respicientibus ad dextram, Chaucis Rhenum spectantibus ad sinistram jacebant. Itaque velut in angulo erant utriusque Gentis. In utraque Visurgis ripa habitabant; in dextra semper, sed etiam in sinistra tunc, quando Arminius Varum cum Legionibus obtulit. Sed postea a Cattis pulsi ulteriora amiserunt, quæ ab Huxaria, aut etiam superius per Paderbornensem tractum usque ad Mindam & Chaucos tenebant. Sed retinere regiones cis - Weseranas, quæ hodie maximam partem Principi Electori, Brunsvicensium Duci parent, ab Hercyniis montibus, quos Harzicos nunc dicimus, fere usque ad Alleræ Visurgisque Confluentes. Nec refragabor partem Thuringiæ iisdem montibus subjectam addenti. Et credibile est, Cheruscos vel tanquam Harzicos ab illis ipsis jugis, vel si mavis, a flumine suo Werra tanquam Gueruscos dictos *Guerische*: Werra autem & Visurgis idem, ut constat & Wirraha contractum ex Visuraha, & utrumque nomen fluvio etiam his locis datum, antiqua monumenta ostendunt, de quo plura, ubi Warinos in Procopii excerptis attingemus.

FOSI) De *Fosis* mira est doctissimi Cluverii Sententia. Removit eos trans Albim & in Saxones transformat, nullo prorsus indicio, nisi quod ad Cimbras a Chaucis & Cheruscis non nisi per Saxones transire potuisse videntur, nec credibile sit, hos Tacito ignoratos aut dissimulatos. Sed conjectura foret verisimilior, si Fosi inter Chaucos & Cimbras, collocarentur, non annecterentur Cheruscis. Conringius inter Capitis hujus finem & sequens de Cimbris aliquid deesse putat, ubi Saxones memoratos credit; quod ego quidem in medio relinquam. *Fosos* autem restituisse, me puto sedibus suis ad Fusam scilicet amnem; qui in Hildesensi ditone Peinam oppidum præterlabens apud Cel-

las Alleram subit. Ita patet Fosos fuisse velut Appendicem Cheruscorum, ut hodie Brunsvicensium Hildesheimenses.

Cap. XXXVII. *CIMBRI TENENT*) Cim-bros Oceani accolas Pofidonius (apud Strabonem L. 7.) Mœotidem usque paludem olim armis vagatos Cim-merio Bosphoro nomen dedisse scribit, & Cim-bros Græcis esse Cimmeros. Strabo etiam Libro undecimo, *pa-gum* nescio quem, nominat Cimbrum, unde navigetur ad Mœotim. Eam Expeditionem Cimbrorum antiquam fuisse oportet, si vera est. Nam Homeri jam tempore Cimmerii Græcis noti fuere. Et Cimmeros Herodotus narrat habitasse ad Euxinum mare, atque a Scythis pul-sos in Asiam irrupisse. Non ergo tunc Prædones fuere ab Oceano venientes, sed Populi fixam ad Pontum se-dem habentes, iidem fortasse aut cognati Bastarnis, qui etiam Germani. Certius adhuc est, Britannæ Majoris Incolas ex antiquo genere in Wallia & Cornwallia superstites Cumræos sibi ipsis dici ab antiquis Cimbris, Progenitoribus suis, ut postea Angli Successores Bri-tannorum orti sunt a Saxonibus & Jutis, successoribus Cimbrorum. Nam Wallica lingua semi-Germanica est, ut examinando deprehendi, nec dubium est poste-riores Germanos ab antiquissimis tantundem discessisse, quantum Germanica Lingua a Wallica vel Gallica ve-tere abest.

Cap. XXXIIX. *NUNC DE SUEVIS*) Suevos Tacitus latissime extendit trans Balthicum usque mare, quod Suevicum vocat infra c. 45. Cæsar tamen Catts etiam Suevis annumerasse videtur, ut ita Suevi fue-rint iidem, qui Hermiones. Certe Hermunduri serius in Rhetiam & vicinos Alemannorum tractus transgressi, constituisse videntur eos Suevos, qui nomen hodie ser-vant alibi amissum. Et Strabo ait, a Rheno ad Albim porrigi usque ad Getas. Sed ita Istævones quoque ab-sorberent, quod non puto.

Cap. XXXIX. SEMNONES MEMORANT)

Semnones Cluverius ait habitasse ad utramque Viadri ripam, qui & Suevus dictus sit Veteribus. Addiderim ego & Havelam, Spreamque, atque adeo Marchiam Trans-Albinam omnem & Pomeraniæ, partem ac fortasse Lusatia quoque. Neque enim minore spatio opus est, ut *centum pagis* habitasse credantur.

Cap. XL. CONTRA LONGOBARDOS)

Longobardos Strabo, Tacitus, Ptolemæus ad Albim locant, quod cum Prosperi & Pauli Diaconi, Patre Warnefrido Longobardo nati, narratione stare non potest, quasi ex Scandinavia venerint, & quidem sero admodum, si tempora ex Diacono supputes, cujus alioquin narratio fabulosa est. Adde quod Saxones, (amicos utique & vicinos olim) secum in Italiam duxere. Itaque non possum assentiri summo Viro Hugoni Grotio, duplices introducendi Longobardos. Nomen a longis Barbis deducit Paulus. Quidam tamen docti viri aliter sentiunt. Nempe *Börden* Germanis agri amplii, ut *angaræ*, angusti & intra Valles conclusi. Itaque non minus quam Angrivarii & Marfi & Bruçteri a soli genere dicti fuerunt Bardi vel Longobardi ad dextram Albi ripam a Luneburgiis per Veterem Marchiam usque ad Magdeburgenses porrecti. Nam Urbs *Bardewic* celebris olim, post deleta (ex cujus ruinis Luneburgum crevit) & *Bardungau* vicina regio, indicant Bardorum pagum vel tractum. Strabo Longobardos trans Albim locat, errore opinor, quemadmodum & Hermunduros, quos tamen cis Albim cum Cattis de Sala flumine certasse, non nimitum a Danubio abfuisse ex Tacito discimus. Certe expeditione Tiberii fractos Longobardos Vellejus scribit, sed Albim is utique transgressus non est. Etiam a Ptolemæo cis flumen ponuntur. Et Italo Cheruscorum Regi auxilio fuere de propinquo. Quanquam nec præfracte negare velim, partem aliquam agri habuisse Longobardos trans

T 3

Albim.

Albim. Neque enim absurdum, etiam in alteram ripam transgressos terræ spatium aliquod intra Havelam & Albim tenuisse, tutos tum Virtute tum loci situ contra magnas in Vicinia gentes. *Anglos* ubi nunc Holfati aut Wagrii, *Varinos* vel *Varnos* ad Varnam flumen in Mecklenburgico tractu collocandos nemo dubitat. *Aviones* & *Eudoses*, *Suardones*, *Nuithones* ignoramus. Conringius *Vuithones*, adeoque albos Suardonibus seu nigris oppositos, legit. Nec *Reudingos* noscimus, nisi cum Cluverio in *Deuringos* seu *Thoringos* transformentur, qui postea ut *Warini* & cæteri plerique sedem mutarint. Idem *Aviones* non male cum *Cavionibus* eodem facit, quos Mamertinus in Genethliaco Maximiani cum *Erulis* delectos scribit, & in Panegyrico eidem dicto rursus *Chaibones* *Erulis* conjungit tanquam viribus primos *Barbarorum*, locis ultimos. Insulam hanc in Oceano *Rugiam* esse plerique credunt. De *Anglis* tantum addo ex Auctoritate *Ethelredi*, *Anglo-Saxonum* Regis, *Angliam* Veterem sitam fuisse inter *Saxones* & *Giotos* (yulgo *Jutas*) habentem oppidum capitale, quod lingua *Saxonum* *Slesvich*, secundum *Danos* *Haiteby* dictum.

Cap. XLI. *HERMUNDURORUM CIVITAS.*) De *Hermunduris* jam aliquid dicere occupavimus, cum de *Herminonibus* & origine appellationis *Germanorum* diximus. Videntur tenuisse *Misniam* & *Vogtlandiam* & *Franconia* partem, & quicquid intra *Salam* fluvium *Thuringorum* & *Bohemicos* montes interjacet. *Albim* in *Hermunduris* oriri, non recte *Tacito* relatum, & forte ex male intellectis delineationibus fons *Egræ* pro *Albis* origine habitus est. Non multum enim magnitudine discrepant *Egra*, *Mulda* & *Albis* antequam miscentur. *Strabo* *Hermunduros* trans *Albim* locat, rectius *Vellejus* ait *Semnones* & *Hermunduros* interfluere, eoque *Romanum* exercitum perductum.

Cap. XLII. *NARISCI AC DEINDE*) *Narisci* vicini *Hermunduris* in *Franconia*, quam hodiè vocant: nam quæ nunc *Franconia* dicitur, *Carolinis* temporibus
Boicæ

Boicæ pars fuit, nec Franci vetustiores inde egressi sunt. *Marcomanni* a *Marca*, fluvio Moraviæ dicti Bojohemum occupavere, Maraboduo eos a Danubio & Romanis removente atque in *Hercynæ interiora* ducente, apud Vellejum. Cluverius *Inferiora* legit, atque inde Marcomannorum sedes priores apud Rhenum quaerit, eo etiam argumento, quod in Ariovisti exercitu Cæsar commemorat. Sed ille auxiliares habere potuit, cum & Bojorum Regis, Marcomannis proximi filia in matrimonio ejus esset. Nisi quis duplices Marcomannos malit, ex quibus Ariovisto subditi, ut Harudes, fracti evanuerunt, eorumque agri facti decumates, unde nati tandem Alemanni. Maraboduum certe, & quos rexit, aliquid cum Rheno commune habuisse, non apparet, & per tanta terrarum spatia a Rheno ad Albim & Pannoniam tam facile sedem transfuisse, proculcata potentissima Hermundurorum gente, totque aliis populis, quis credat? Sed a *Marca* fluvio proximus transitus est in Bojohemum. His autem Marcomannis adjacentibus Quadi, quos Strabo facit conterminos Getis, id est Dacis. Itaque partem Moraviæ & Silesiæ tenuerunt usque ad Sarmatiam & Carpathios montes. Strabo omnes in Suevis numerat. Tacitus non ita manifeste. Lugios tamen (id est reliquos Silesios) vicinosque tunc cis Vistulam (Guttones & Burgundiones) a Suevis Strabo ipse distinguit, cum Maraboduum eos sibi subjecisse ait, & ex Suevis atque adeo Hermionibus discretos ego *Istævones* censeo, id est Germanos Orientales, qui deinde Dacis a Trajano everfis in eorum loca successere, commotaque omni Barbarie Marcomannico bello ad Euxinum usque pontum progressi inter Danubium & Tanaim Gothorum regna condiderunt. Multo ante Bastarnæ & Peucini a Plinio illuc referuntur, ultra Dacos utique porrecti. Tacitus dubius hæret, Peucinos, Venedos & Fennos Germanis an Sarmatis adscribat. Equidem *Venedos* ad Sarmatas referri debere, *Fennos* peculiarem esse Gentem

Scythiæ a Germanis Sarmatisque distinctam ferius constitit. Sed cum ipse Tacitus subjiciat: Peucinos, quos quidam Bastarnas vocent, sermone referre Germanos, quæstio ab ipsomet decisa est. Unde enim illis sermo Germanicus, nisi ab origine Germanica? Galatas vel Keltas (id est Germanos) Bastarnarum nomine ad Istrum habitasse, & a Perseo contra Romanos fuisse excitos, Livius & Plutarchus ex Polybio narrant. Valerius Flaccus in Argonauticis Ducem iis *Teutagonum* tribuit; Livius *Cattonem* nominat, Nobilem Bastarnam. Hæc nomina Germanicum sonant ipsaque Bastarnarum appellatio. Maximam fuisse gentem vel inde iudices, quod *Bastarnicæ Alpes* in Peutingeriana Tabula dicuntur, qui alias Carpathii montes. Unde necesse est inde usque ad Pontum habitasse. Itaque minus jam mirere Gothos ferius supervenientes, a Taurica Chersoneso ad Istrum omnia implevisse, quod scilicet priores ad Pontum Germanicæ Gentes in unum cum ipsis nomen concessissent.



IV.

-Excerpta ex Cl. Viri

JAC. GRONOVII

Oratione de *Tempore Immigrationis Batavorum in Insulam suam.*

Vide p. 272.

Causa omnis vel querela hæc est, quod Batavorum ut reliquorum Germanorum gloriosa Simplicitas ita se comparaverit, ut vel noctium suarum cursus vel gestorum decora mandare certæ fidei & posteritatis notitiæ non didicerit. Carmina erant unum memoriæ vel annalium genus; per illa hunc discessum, ut alia vetustiora, celebrantes & recinentes incondite, rem ipsam & verborum numeros meminerunt, majorum ætatis incuriosi. Adhuc Tacito vivente erat ista infantia, ut litterarum Secreta viri pariter ac feminæ ignorarent, (a) adeo ut nullum istic testamentum. (b) Unde etiam accolæ Vahalis ætate Julii literis usos haud temere crediderit ille ipse, qui Civilem quoque hinc barbarum apud populares barbaros loquentem, quibus nulli annales, nulla historiarum monumenta, unde res ante CXXV. circiter annos gestas cognoscerent, alibi (c) scribit Philippus Cluverius. Hic ille Vir est, qui stimulo discendi incensus supra omnes alios desideravit tantam longinquitatem oculis & acumine penetrare; & re creberrime tractata, adeo cogitatione hujus partis vixit impletus & attonitus & fatigatus, ut infaustos suos conatus celare nequiverit, quin identidem exereret nunc tempus Secessionis

T 5

haud

(a) *Germ. cap. 19.* (b) *cap. 20.* (c) *de tribus Rheni alveis, pag. 179.*

haud facile dispectu esse (d), nunc Seditioe domestica pulsos in Galliam transgressos esse, antequam Julius Cæsar Galliam pacaret (e), rursus tempus Secessionis haud facile monstratu esse; jam longe ante Julii Cæsaris ætatem has oras cis Rhenum obsedisse credibile esse. (f) Hactenus nimirum definire eam sine periculo potuit, quippe quos Julius Cæsar illic habitare scribat, certe ante ejus tempora transgressos esse oportuit, siquidem aliunde immigravisse constat. Verum sistere ibi nequivit; unde largius etiam edidit, quatuor hæc oppida, Arenacum, Batavodurum, Grinnes, Vada, jam aliquod post primum adventum sæculis modicos fuisse vicos, malo Tacito credere. (g) Ita qui prudenter alibi se continuerat, repente per summam temeritatem sæcula aliquod e sinu suo effundit; quæ vix dixerim ex suo partu conceperit, an petierit ab aliis, qui sæcula quædam (h) ante Christi Domini natalem statuerunt, sed vehementer se ipsi dissipantes & affligentes, quum Celtarum & Cimbrorum hinc discessum fingunt causam fuisse & occasionem immigrationis Batavorum, tanquam ille Cimbricus versus Romam impetus (i) excesserit quædam sæcula ante missam in terras salutem. (k) Quanto lenius & cautius in hoc genere pronunciavit ille in adolescentia admirabilis Doufa, his verbis in ipsa ferme morte prolatis? „ De tempore „ emigrationis Cattorum e genitali solo nihil hic mihi „ dicendum putarem, quoniam nihil ab antiquis traditur. - - - Itaque ut divinando assequi ejus vestustatem in tanto veterum silentio frustra tentaverim;

(d) cap. 17. de Rheni alveis pag. 143. (e) pag. 9. (f) lib. 2. Germ. antiq., cap. 30. pag. 956. quorum ultima repetit de alveis Rheni pag. 142. (g) pag. 104. (h) Van der Houven cap. 2. Sekere eeuwen voor de geboorte Christi (i) Circiter A. U. C. 650. (k) Circiter A. U. C. 750.

„rim; ita pro certo affirmare haud verear, longe ante
 „Cæsaris adventum in Germaniam accepisse a Cattis
 „vacuam adhuc Insulam nomen & cultores. (1)

Equidem fuisset optandum ab Tacito, quum scriberet, Batavos vel extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus simulque Insulam occupavisse, vel in eas sedes transgressos, in quibus pars Romani imperii fierent, alterutro duntaxat loco edidisset intervalli, quod ab illa sedium mutatione ad suam vitam patebat, spatium. Non potest id attribui invidiæ, tanquam & ipse subdola mora usus probationes veri subvertisset, ille, qui ita bene merendo posteritatem universam fecit sui memorem: non remissioni & socordiae, cum in aperienda omnium Germaniæ Gentium, non hujus modo, notitia tam industrium se attritumque ostenderit: non ignorantiae, quam adeo solers capaxque & sedulus in omnibus, qua dabatur scire, abegisse ab se probat. Nisi si illa jam ipsos Batavos tunc invaserit, ut hinc ex eis scrutari nequiverit. Sed id quoque præcipitari non debet in eis, quos legimus meminisse & originis suæ, & Cattorum nominis, & causæ, cur hos reliquerint. Julium Cæsarem verberet hæc aliqua suspicio, deditum bellis super bella ferendis, aut provinciis spoliandis, aut parando se & succingendo contra patriam, ut nihil de eis Romam detulerit præter ipsum nomen, & Batavorum Insulam ab Mosa & admissa parte Rheni, quæ appellatur Vahalis, effici, ita ut non longius ab eo millibus passuum octo-

(1) *Pet. Scriverius in syn Naeder Verclaringe: 'Twelk in wat tyden geschiet sy, ende wanneer de Batavi of de Catti nederwaerts in dit landt gekomen zinn, is ten laetsten eens noodigh dat men seckerlick weet. Sed nihil affert, nisi quod pag. 2. obvians insane opinionni Hadriani Junii, a Julio Cæsare eos nominari dicat, & pag. 7. incipiat agere de Regibus Batavorum.*

octoginta in Oceanum transeat. Julius Cæsar, nominando Insulam Batavorum, probat sibi fuisse cognitam; num inquisiverit, num sciverit, qui genus unde domo hi quos nominat, Batavos, fuerint, utrum perpetuam an nuperam illorum sedem fuisse crediderit, prorsus occultat: militavisse inde aliquot sub illo dicant alii. Potuit autem, fateor, Tacitus ea parte, qua refert Batavos diu Germanicis bellis exercitos, admiscere verbum aliquod consignatissime tempora enumerans. Sed cum ea bella non fuerint gesta ex Batavorum persona, sed Romani principatus, ut ex hujus annalibus colligi & putari istud diutinum debuerit ac bene potuerit; autorum maximus nec in hunc locum addi a se aliud voluit, nec in aliis censuit edendum nimis perspicue, vel magis tenuiter, quod ex aliis Scriptorum suorum indiciis poterat conjectando attingi.

Quare ut aliquid mundius & stabilius si non ipse assequar, at alios ad id ornem & excitem; quos illos fuisse dicemus, unde Tacitus causam & documenta hujus originis sciscitatur, tanti ponderis judicavit esse, ut non reticendo in curis suis plus vice simplici apud Romanos suos publicaret Batavos, vel donec trans Rhenum agebant, partem Cattorum vel Cattorum quondam populum? quod tanto magis mireris, quia Frisiorum bis quoque mentionem faciens, de origine eorum prorsus omittit, & Trans Rhenanum populum (m) ac Trans-Rhenanam gentem dicendo (n) defungitur. Sic vero hæc Batavorum originis declaratio concipitur, ut appareat eam pertinere perinde ad Neronis Claudii Drusi ætatem, ac Taciti, ut sic utrique tempori conveniat, & certe Druso id etiam innotuerit. Jam vero tot alæ, tot cohortes inter Satellitia officium Cæsaribus fecerant, aut per reliquos exercitus æra meruerant, ut ea

(m) 4. *Annal.* 60. (n) 4. *Hist.* 15.

ea res vel lippis cognita fuisse, certe esse potuisse videatur. Et sic tamen existimavit Tacitus non se debere esse segnem ac remissum in re sæpe audita & inter omnes vulgata iterum memoranda. Quam licet forsitan ipse ex vicina Belgica potuerit ire sciscitatum, tamen omnino ad notitiam Neroni Claudio Druso, & forsitan quoque huic uni, datam respici magis arbitror. Hic quippe primus Romanorum Ducum cum exercitu profectus ad Batavos libertatem meram spirantes & virtutem simplici ac virili deditos, civilis sui ingenii in eisdem adspexit similitudinem, amavitque, & ut viros conciliavit imperio Romano. Hic primus etiam audivit eorum fata, & qua progenie ori in hunc adeo exiguum receptum concesserint, intelligens, agnovit primum virtutis nequaquam mediæ opus, quod incolumes & integri per feras adeo infestasque gentes viam ad Oceanum fecissent: hic judicavit eos pares & paratos generi suo & nomini adversus vicinos vel potentiores defendendo & ad posteritatem transmittendo. Quantum distantes ab Anfibariis! Etenim ista gens similiter a Chauicis pulsa retro ad Usipios & Tubantes concedens; sed eorum terris exacta, quum Cattos, dein Cherufcos petivissent, errore longo, hospites, egeni hostes in alieno, quod juventutis erat, caduntur, imbellis ætas in prædam divisa est. Patuit igitur hinc Druso placuitque Batavorum virtus. Et quid aliud animi Batavis in hac profectionis suæ ex patrio solo necessitate crebrius Druso velut inculcanda credimus fuisse, nisi ut stimulare eum ad vindictam juvandam, cujus cupidinem acerrime fovebant, & propter interstitia terrarum suamque exiguitatem exsequi nequibant. Unde Romanorum in Usipetas tendentium per hanc insulam transitum elati & viris cum viris bene convenire cernentes statim in æternum fœdus se submiserunt, totamque rationem suam denudantes Drusum Oceano navigando ac littoralibus populis ad Albim usque subjugandis intentum avertent.

averterunt in mediterranea, ut recente sua & justissima ira (o) uteretur in Cattos, perpetuos vicinorum omnium hostes. Quibus ita obsecundavit Drusus, ut cum mox Usipetas, Cheruscos & Sicambros petiisset, illo ipso anno prope Rhenum curaverit immuniri sive castellum sive præsidium Cattis obversum, & insequentibus eosdem invaserit partim investando partim subigendo. Hæc cum sic narrentur ab Dione, quid aliud indicant, quam circa Drusi adventum adhuc vixisse Batavos, ut non omnes sic certe multam partem ipsos illos, qui meminerant ærumnosæ migrationis, & ardentes ultionis cupidine, etiam per Drusum & exercitum ejus positi clamant recentissimum suum in hanc Insulam ante Julii Cæsaris militiam adventum? & ista aliquot ficta sæcula esse vagam delirationem? Quod ut auferamus majori cum securitate, fœdus ipsum conficiet. In quod quomodo Batavos adsciverunt Romani haud dubie sub eodem Druso? Aperte exponit Tacitus, ut nihil ministrarent imperio Romano præter viros armaque. Quid ergo? an non & reliquæ provinciæ viros ministrabant imperio & arma? an non id quidem perpetuum ita fuit, ut ipse Civilis potuerit animadvertere & vituperare hanc

(o) *Quæ Batavorum ira non fuit sedata uno hostilis animi specimine, sed manens vel potius iratior ad majorem truculentiam exhibuit se in expeditione item Germanici contra eosdem Cattos (ut certe Lipsius in agmine Cæcinæ diserte Batavos numerat in tumultuariis catervis Germanorum cis Rhenum colentium:.) Secundo Tiberii anno, quanto disertius gesta ejus descripta habemus ab Tacito Annal. 56. tum vero eos pervastavit Germanicus, & tamen amicus pariter Batavis, qui nec pro originibus suis apud eum leguntur intercessisse, multo minus ut tentarent aliquid audacius, non aliter ac amicitia & consanguinitas hostiles animos induerit, solet esse vehementior & atrocior.*

hanc Romanam astutiam, provinciarum sanguine provincias vincendi? Equidem igitur viri ministrabantur ab aliis quoque & arma; sed insuper illas tributis non spernendis avaritia Romana exhauriebat, quam tantopere fatiatam fuisse & non laceffitam ad Batavorum pronam accessionem, si extorqueri aliquid posset, nulla certe fides. Et quæso cur hæc modestia vel abstinentia etiam non translata ad Frisios vicinos fuit? quibus cum pecunias imperare non possent, pelles injunxerunt, ridiculo tributi genere, sed quibus illum agrum conferendis parem esse facile discabant. Quidni clarissime lucet differentia causa? Nihil erat penes Batavos, quod sub specie vel nomine tributum exprimi illis posset. Commodum occupaverant has sedes Batavi, vixdum segeti non ultra quam necessariae quærendæ idoneas terras reddere inceperant, & designare vix metarumque loca cogitaverant, ubi vicos ponerent, ne quid de eis grande cogitetur; Sub Vitellio demum modicos, in id intenti unum, ut paratis vitæ, nequaquam lascivæ, utensilibus rem militarem strenue ad patriam disciplinam colerent, ut trajiciendis omnibus se & equos adsuefacerent ac bellis instantibus præpararent, cum pulsos hactenus se ferrent patientes, ut ulciscendi animum nequaquam amitterent, ubi foveles eorum foret aucta vel alia oportunitas patefaceret viam & ipsos armaret. Hinc non erubuerunt narrare se pulsos, cum furibundæ isti multitudini resistere aut nequirent aut tentare nollent, quod interim satis pateat eos non sine indignatione perpeffos. Immo hæc videtur vel primaria fuisse causa, cur Drusus & Batavi potuerint ita primo statim conventu coalescere, quod sicut Batavi execrabantur nefarios auctores suæ inopiæ, ita Romani quoque habebant etiamnum aliquid residuum, quod cum Cattis oporteret purgari ab Tiberii expeditionibus & vexationibus Ubiorum, quos & ipsos coegit feritas illorum, vastitates
circa

circa fines suos amantium, Rhenum trajicere. Sic igitur recens omnino Batavorum trajectus constituitur ante promotam ad eas partes dominationem Romanam, vel quod sub Druso demum voluerint id innotescere Romanis, cum taceat Julius Cæsar, vel dum ea causa fuit ejus significandi, vel dum tali apparatu eventibus futuris proludent, vel dum hac fruuntur inopia, ut nihil peti potuerit ex parcis & adstrictis Batavis, Batavis inquam, qui cum tempore Augusti vix quidquam præter solam segetem ab modo cultis novalibus aut cogerent aut qui uterentur haberent, aliquamdiu post, cum jam Romanis commerciis & moribus componere se didicissent, sub Vitellio habent agros-Villasque, ut de Civili testatur Tacitus, quo scias illos usque ad Augustum fuisse homines quodammodo castrenses, circumcisis Sarcinis & ad expeditionalem usum solius armorum oneris patientes, velut certe antiquam patriam repetituros, quod interpellavit imperii dein Romani importunitas.



INDEX

PRÆCIPUARUM RERUM.

<p>A <i>A</i> Abnoba mons <i>pag.</i> 6 Aciei forma 39 Adulteria apud Romanos frequentia, apud Ger- manos rara 114 — eorum pœna apud utrosque <i>ibid.</i> & 115 Aestii ubi habitaverint? 242 — cur ita dicti? 243 — Geolatria illorum <i>ibid.</i> Agriculturæ quâ studue- runt Germani? 91 — per quos illa facta? <i>ibid.</i> Agros proprios an habue- runt Germani? 156 — eorum occupatio per Universitatem, an anti- quior privata? <i>ibid.</i> — mutarunt Germani & quomodo? 157 AlbisFluvius, ubi oritur? 228 — Taciti de ejus ortu error <i>ibid.</i> Alcis numen a quibus cultum? 234 — quid fuerit & unde sic appellatum? <i>ibid.</i> & 235 Alex dediti Germani 143 Alemanni qui? 177 — prima illorum mentio 194 Alirunæ 50</p>	<p>Amazones Germanorum 47 — unde sic appellatæ? <i>ib.</i> Ambrones, populus 191 Americani an a populis Germaniæ Septentrio- nalibus orti 240 Amfivariorum nomen, & situs 191. 192 Anglorum sedes 223 — expeditio in Britan- niam <i>ibid.</i> — Leges <i>ibid.</i> Angrivariorum nomen & situs 188 Animalia quæ in Succino reperiantur, & cur? 247 Anni Viterbiensis fa- bulæ 14 Aper s. Verres populis Septentrionalibus fa- cer 244 Ariorum truculentia 235 236 Ariovistus cæsus a Ju- lio Cæsare 211 Arma missilia quæ? 34 Arma ex lapidibus & ossi- bus facta 160 — simul cum defuncto- rum cadaveribus rogo imponebantur <i>ibid.</i></p>
---	---

U

Armo-

Carmina Annalium genus apud Germanos, Hebræos, Græcos &c.	12	Chafvarorum nomen & situs	191
— Antiqua Germanorum an in Scandinavia adhuc supersint?	ib.	Chaucorum nomen, situs, & natura soli eorundem	196 197
— apud Aventinum, an illa antiqua?	ib.	— Majores & Minores	198
Carnibus coctis vescantur Germani	140	— Virtus & bella gesta	199
— crudis vesci cur crediti fuerint?	ib.	Cheruscorum situs	197
Carnificum munus olim non inhonestum	44	— nomen & bella pro libertate gesta	200
Caroli Magni Statura	25	— quies ipsis exitiosa	ibid.
Castor & Pollux an a Germanis culti?	234 235	— clades accepta	201
Catti unde sic appellati?	176	Chrenechrude quid?	131
— ipforum prudentia militaris	180	Cibus & Potus Germanorum	138
— eorum barba & capilli votivi	181	— fecerunt ad corpora roboranda	ib.
— ferreus annulus ipsis ignominiosus	183	Cimbrorum sedes & nomen	203
— Suevi ex errore dicuntur	178	— Expeditiones in Italiam	204 205 206
— ipforum coloniarum habitus corporis, animique	ibid. 179	Coloniarum Agrippinensis conditor	170
Centeni qui?	38 81	Comitum quæ olim ratio, & quot genera?	79
Centgrafii unde sic dicti?	82	Comitia apud Germanos, quo olim tempore habitata?	69
Cerevisiæ apud varios populos nomina	138	— armata	82
Chamavi ubi?	188	— in illis milites creati	83
		— eorum varia genera	67
		— quis in illis Principum olim Ordo?	73

Comitia ; Sacerdotum in illis auctoritas	73	— humanis victimis	
Computationes Germano- rum	134	Germani illis litantur	55
Condicere quid ?	71	— Germanicorum qui descriptionem promi- serint ?	ib.
Constituere quid ?	72	Dii Conjugales	109
Consultationes Germano- rum & Persarum in Conviviis	135. 237	Dimachorum militum (Dragoner) Origo	38
Convictus apud Germa- nos apparatus	134	Domus veterum Germa- norum	98
Cramerii (Friderici) vin- diciæ Germanorum con- tra Gallos	23	— Speluncæ fuerunt	99
Crematio defunctorum	159	Dotis ratio apud Vete- res Germanos	106. 107
Creta Britannica	99	— apud Romanos, quan- do a Germanis recepta ?	ib.
Cunctatio in Comitibus	72	Druides an Germani habuerint ?	44
		— Iudices olim fuerunt, & simul sententiarum executores	ibid.
D		Drusi expeditio in Germa- niam	211
Danubii ortus & ostia	67	— quousque ille penetra- verit ? ejusque Tropæa	ib.
Decalvatio ignominiosa	182	— navigatio in Oceano Septentrionali	193
Decumates agri	177	Ducum apud vet. Germa- nos quæ ratio ?	4
Defunctos non lugebant Germani	162	Dulgibinorum situs	191.
Delicta quæ olim Germa- nis capitalia ?	75		
Deos Germani proprios habuerunt	51	E	
— quos & quibus die- bus coluerint	53	Effigies Deorum in præ- liis apud Germanos quæ fuerint ?	46
— illorum imagines non habuerunt	58	Eggelingii de Germanorum vocabulo sententia	15. 16
— in lucis Germani co- luerunt, præcipue sub quercibus	59		

Electrides insulæ ubi?	245	Flevus Lacus, & Ostium	19
Elysi	234	Forum Criminale apud	
Eridanus fluvius ubi?	245	Vet. Germanos	75
Equi Germanis & Persis		Fosi a Saxonibus diversi	201
facri	64	— sedes ipsorum	ibid.
— illis Germani absque		Framea qualis?	33
ephippiis utebantur	36	Francorum Origo & in-	
— parum apud Germa-		crementa	27. 196
nos exercitati, secus		Fredum quid?	78
apud Romanos	37	Frisii unde appellati?	192
Equitatu Germani non		— divisi in Majores &	
valebant	36	Minores	193
Equus Equestris (Nitter-		— eorum Lacus	ibid.
Pferd) an Germanis		Funerum ceremoniæ apud	
olim cognitus	89	Germanos & Roma-	
Eudoses	225	nos	156. 159.
Exercitus Romanorum			
pluvia miraculosa ser-			
vatus	230		

F

Feminae apud Germanos		Galliæ divisio	I
fatidicæ	49. 50	Gallorum coloniæ in	
Feminarum consilia apud		Germania	163
Germanos non sperne-		— quæ ex illis perpe-	
bantur	48	ram inferantur?	ibid.
Fennorum situs & civi-		Gerada quid? & ejus an-	
tates	250. 251	tiquitas	110. 186. 187
Ferri apud Germanos		Germani a Romanis nun-	
olim inopia, atque		quam victi	214
nunc copia	32	— irruunt in Romano-	
Festum in Scandinavia,		rum provincias	215
Julifred dictum	226	— ipsorum statura, ocu-	
Feudorum Origo	87	li, coma	23. 24
Fides Germanis sancta	144	— cur Tacito indigenæ?	8
		— sunt origine Scythæ	9
		— ab Olao Rudbeckio	
		perperam e Scandina-	
		via orti dicuntur	ibid.

Germani arbores frugiveras haud coluerunt	28	Germanicus ; ejus expeditio in Germaniam	ib.
— fruges, & pecora, Opes illorum	ib.	Gladii Germanorum quales?	32
— pecunia fuerunt destituti	29	— jusjurandum per illos	33
— Græcis litteris usi fuerunt, & unde illas acceperint?	22	Gothini ubi, & unde dicti?	232. 233
— cur magna statura fuerint?	24	— ferri apud illos fodinæ	ib.
— loco galeæ exuviis bellicuarum caput tangebant	36	Gothones unde dicti?	236
— maximam partem nudi erant	34	— sedes illorum	ib.
— non fuerunt homines stupidi	24	— divisi in Occidentales & Orientales	237
— cis-Rhenani	168. 169	— in Italiam, Galliam & Hispaniam migrarunt	ib.
— fabulosi ipsorum Reges	14	— Regum apud illos potestas	ib.
— in sex populos divisi	ib.	<i>H</i>	
— laboris, sitis & æstus impatientes	26	Halsberga quid?	35
— commercia permutatione egerunt	30	Heergewettæ Origo	181 185
Germania cis-Rhenana superior & inferior	169	— quæ sub illa comprehensa fuerint?	186
Germaniæ vocabulum quando ortum, & quæ ejus ratio?	15	Helvetii an Origine Gallican Germani fuerint?	164
— Magnæ fines antiqui	1. 2. 3	Hercules Germanorum	18
— & populi fines confunduntur	3	— Magufanus, Saxonus, Deusoniensis	ib.
Germanicus (Cæsar) cur ita dictus?		— ejus Columnæ	194
		Hercynii Saltus longitudo	179
		Heredes qui apud Germanos?	127
		— Illorum Institutiones per Adramitiones & Adfatomiam	128

Hermelinæ pelles Principibus olim propriæ	102	cur sol perpetuo splendeat?	241
— cur Insigne Electoralis Dignitatis?	ib.	Infantes Germani fluviis immerferunt, & cur?	124
Hermundurorum situs & nomen	227	Ingævones qui?	14
— commercia cum Romanis	228	Isis apud Suevos culta, quæ fuerit?	56. 57
Herthi s. Terræ cultus apud Septentrionales	220. 225	Iudiciorum Duelllicorum Origo	45
Herulorum sedes	238	Iuhonum (pro Ubiorum) Civitas	171
— an ex Scandinavia venerint?	ibid.	Iuventutis Germanicæ Exercitia militaria	142
Hinnitus equorum divinationis genus,	65. 66	<i>L</i>	
Homicidia apud Germanos non fuerunt capitalia	131	Lac concretum s. Butyrum	140
Homines Septentrionales cur crediti fuerint corpora ferarum habere?	251	Lancæ majores & minores	32
Homines terra in Occidentem olim propagati fuerunt	10	Latrocinia Germanorum quomodo intelligenda?	91. 92
Hospitalitas Germanorum	132	Leges scriptæ quando apud Germanos cœperint?	132
— aliorum populorum	133	— illorum collectiones	133
Hostiis humanis Germani Diis suis litarunt	55	Leibnitii Sententia de Francorum Origine	27
<i>I</i>		Lemoviorum sedes	338
Imperium in civium res unde ortum?	156. 157	— nomen, & an iidem cum Herulis?	ib.
Incolis circa Polos, & sub iis,		Liberos occidere apud Germanos illicitum,	120
		— apud Romanos vero licitum erat, & quamdiu?	ib.
		U 4	Con-

- Controversia de eo
inter Ampliff. Viros
van Bynckershœck &
Noodtrium 121
- haud molliter educa-
runt Germani 123. 124
- Libertorum conditio apud
Germanos 151. 152
- Literarum secreta 112 & seqq.
- Longobardorum situs,
nomen & res gestæ 221
222
- ipsorum reliquiæ in
patria sua 223
- Loricis destituti fuerunt
Germani 35
- Ludi an liciti? 145
- Luna nova, prima, &
sexta Germanis fausta 69
- quarta infausta 70
- Lygiorum sedes & no-
men 233
- Civitates 234
- M*
- Mallum cur judicia ap-
pellata? 136
- Mannus quis? 13
- Marcomanni juxta Rhe-
num superiorem pri-
mo habitaverunt 229
- quando in Bohemi-
am migraverint? ibid.
- eorum Virtus 230
- terrorem incutiunt
Romanis ibid.
- Marcomanni Reges elege-
runt e certis familiis 231
- Reges quidam apud
illos referuntur ib.
- Mare pigrum ubi? 241
- Marfigni ubi? 232
- Massilienses, Colonia
Græcorum, literas Græ-
cas in Galliam attule-
runt 22
- Mater Deum ab Æstiiis
cultæ 243
- insigne illius 244
- Matres apud Germanos
infantes suos ipsæ nu-
trierunt 124
- Matrimonia Germani se-
ro contraxerunt 125
- an gradus propinqui-
tatis observarint? 126
- ad illa consensus Pa-
rentum & propinquo-
rum necessarius fuit 108
- quibus ritibus inita? 108
110
- Mattiaci perperam in Se-
landia collocantur 175
- genuinus ilorum si-
tus ibid.
- initio Catti appella-
ti fuerunt 178
- Mattium non est Marpur-
gum 175. 176
- Mauringia regio ubi? 27
- Medici olim Servi 147
- Meister, Gesänge 12
- Melibocus mons 179

Meretricum pœna 117
 Metallifodinarum origo
 in Germania 29
 Militaris inauguratio
 apud Vet. Germanos 83
 Montes in Germania præ-
 cipui 27
 Monumenta Sepulchralia
 Saxea 161
 Morgengabæ Origo 107
 Mortuarii Origo 147

N

Nariscorum situs & no-
 men 229
 Navium apud populos
 Septentrionales & cir-
 ca Pontum Euxinum
 forma 240
 Nemetum situs 169
 Nerigon insula 239
 Nervii Origine Germani 168
 — populi in ipsorum
 clientela ibid.
 Noctium computatio pro
 diebus 70. 71
 Nuithones 225
 Nummi cur Pecuniæ no-
 mine appellati? 31
 — an tempore Abraha-
 mi in usu fuerint? ibid.
 Nuptiæ Secundæ Germa-
 nis & aliis populis
 exosæ 118. & seqq.

O

Obringa fluvius, termi-
 nus inter Germaniam
 superiorem & inferio-
 rem 169
 Obsides olim feminæ da-
 bantur 48
 Occupatio per Universi-
 tatem an proprietatem
 rerum privatarum im-
 pediat? 156
 Oceanus Septentrionalis
 cur Germanis adver-
 sus? 10. 194
 Officinæ monetariæ Tre-
 veris & Lugduni 30
 Orbitas apud Romanos
 honorata 129
 Ordo militaris apud Cat-
 tos 183
 Osi, cujus originis? 166
 — ubi habitave-
 rint? 167 232
 — unde appellati? 233
 Otii Vitium cur Germa-
 nis imputatum? 94

P

Pæderastiæ crimen quo-
 modo olim punitum? 20
 Pagi Germanorum 80
 Pannonia superior, & in-
 ferior 2

Patres familias Sacerdotum munere functi	62	Principes ; eorum reditus	95
Patria potestas quando apud Germanos finita ?	84	Proditorum pœna	76
Pecunia Germani destituti fuerunt	29	Prœlia mixta	37
— ejus avidi facti fuerunt	96	Profugi ex acie laqueo puniti	40
Peditatu Germani plus valebant quam equitatu	37	Propinqui suorum eadem vindicarunt	230
Pericula cur Germani haud metuerint ?	40	— iidem mulctam solvunt, quando delinquens solvendo haud erat	131
Peucinatorum situs & nomen	248	Pudicitia Germanorum	112
— fuerunt Germani atque Bastarnæ dicti	ibid.	Purpura Germanorum quæ ?	104
— mores ipsorum	249		
Phœnicum commercia maritima	10. 11	<i>Q</i>	
— an quoque in Americam ?	11	Quadi ubi habitaverint ?	229
Pluvia miraculosa	230	— an iidem cum Silesiis ?	230
Polygamia Principibus Germanorum licita	106	— Virtus illorum	ibid.
Pomaria non coluerunt Germani	157	— per gladios jurarunt	33
Prætractatio Principum in negotiis publicis	68	— Reges a Romanis acceperunt	231
— Originem dedit Collegio Electorum I. R. G.	69	Quercus Germanis sacræ	59
Prætorii (Matthiæ) circa fines Germaniæ error	4		
Principes Vet. Germanorum qui ?	43. 78	<i>R</i>	
		Rachenburgii qui ?	81
		Ratiæ, prima & secunda	1. 2
		Regum apud Vet. Germ. Electio & inauguratio	41
		— exigua potestas	42. 43
		Rei Metallicæ Scriptores	29
		Retractare quid ?	139
		Reudigni, an iidem cum Thuringis ?	223

Reudigni; eorum situs	223	Scandinavia; ex illa omnes	
Rheni Ortus	5	populi provenisse cre-	
— circa ejus ostia con-		duntur	240
troverſa conciliatur	5. 6	Scritofinni	251
Romani Germaniam nun-		Scutum relinquere maxi-	
quam ſubegerunt	2	imum flagitium	39
Romanorum bella pericu-		— an hinc ortum vocab.	
loſa cum Samnitibus	206	Schelm?	ibid.
— cum Carthaginenſi-		Scuta Germanorum pi-	
bis	207	cta	35
— in Hiſpania	ib.	— inſignibus nobilium	
— In Gallia	ib.	originem dederunt	ibid.
— cum Parthis	ib.	Semnonum ſedes, & no-	
— cum Cimbris	208	men	219
— Clades Variana	210	— Silva ſacra	ib.
Rugiorum ſedes & no-		— Expeditio in Italiam	200
men	237 238	— Centum pagi	221
		Serrati nummi	31
		Servi Germanorum tonſo	
		capite fuerunt	216
		— venditi a Germanis	145
		— manumiffi quibus	
		modis?	150 151
		— miniſteria illorum	
		apud Germanos & Ro-	
		manos	146 147
		— eorum concambium	
		quid?	145
		— eorum conditio apud	
		Romanos & Germa-	
		nos	147 149
		— Romanorum in eos	
		ſævitia coercita	149
		Servitus per aleam confi-	
		tuta	144

S


Sacerdotum auctoritas	
apud Germanos	73
Sacramenta militum Ger-	
manorum & Romano-	
rum	88
Saltatio Germanorum	
& Græcorum arma-	
ta	142 145
Saxonum ſedes, fines	
extenſi, tranſitus in	
Britanniam & no-	
men	202
Scabini qui?	81
Scandinavia Inſula credi-	
dita	239


Signa militaria Veterum Germanorum	46	Succinum; ejus olim copia ib.	
Sitones	248	— luxuria ejus apud Romanos	246
Slavi f. Venedi juri Albinagii subjecti	10	Suevorum fedes	215
Solem occidentem Oceano mergi, vulgaris opinio	242	— populi	216
Solis, Vulcani & Lunæ Idolis Germanos SS. Trinitatem coluisse credit Cluverius	53	— nomen & insigne capillorum	ibid.
Somnolenti cur Germani Romanis visi?	133	Suionem fedes	239
Sortilegia Germanis sero adhuc usitata	61	— Civitates	ib.
Speſtacula Germanorum & Romanorum	141	— Regum apud illos potestas	240
Speluncæ primæ hominum habitationes	99. 100		
Spuma Batava quid?	24	<i>T</i>	
Stranskii (Pauli) circa fines Germaniæ error	4	Tanfanzæ Templum	58
Stipendia militibus olim non data fuerunt	89	Taunus mons	179
— quando cœperint?	90	Temperamentorum varietas unde fit?	176
Strabonis ſententia de Vocabulo Germanorum	15	Templa Germani non habuerunt	57
Stupiditas Vet. Germanis perperam imputata	179	Tencterorum ſitus, nomen, & equitatus	185
Suardones	225	Terram planam eſſe vetus opinio	244
Succinum ubi naſcatur?	244	Testamenta ignorarunt Germani	127
— non eſt Succus arborum, ſed bitumen	246. 247	— an ſint juris Naturalis an Civilis?	128
— Electrum dicitur & cur?	244	— quando apud Germanos cœperint?	ibid.
		Thule Inſula ubi?	238
		Tiberii expeditio contra Germanos	212
		— ipſi adulatur Vellejus	ibid.
		Toga Virilis apud Romanos	84
		Treveri unde dicti?	167
			Tri-


Tribocorum situs	170	Vici quid?	98
Tuisto quis?	13	Vino adhuc sero destituti fuerunt Germani	139
Tumuli Sepulchrales apud Germanos	160	Ulyses an in Germaniam venerit?	20
— Urnæ in illis re- pertæ	ibid. & 161.	Urnæ Sepulchrales apud Germanos	161
		— qui illas descripserint?	ibid.
<i>U. V</i>			
Varianæ cladis locus	210	Usipiorum nomen & situs	184. 185
Varinorum situs & leges	228	Usuræ Germanis ignotæ	154
Vangionum situs	169	— an licitæ?	155
Valeda, femina fatidica	49	— earum abusus apud Romanos	154.
Venationes Germanorum	92		
Vestis e pellibus versicoloribus	103		
Vestitus Vet. Germanorum	100	<i>W</i>	
— pellium	102	Weregeldum quid?	132
Ubiorum primæ sedes	171	Westfali unde sic dicti?	189
— quando Rhenum fuerint transgressi?	ibid.	Widrigildum quid?	78
Venedi sunt Origine Sarmatæ	249		
— Taciti error	ibid.	<i>Z</i>	
— non confundendi cum Vandalis	ibid.	Zabothus Mons	223.
— cur Slavi vocentur?	250		




100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200









K 421200241

500

At 5543
E 745-

